Et cum rationē afferre enisi fuerint an tales sit que eos graui culpe nō damnet. ipi viderint fateor. nō vi/ deo. Hoc vnū video tutius salubri us q; a viris ecclesiasticis dignius esse theologie studiū atq; absq; su/ spitione cupiditatis modice fidei ꝛ parue spei remotius. Et certe alia nulla vt ista scientia est hominū di/ rectiua incitatiuaq; ad sanctos mo res. vitioꝝ coerciua. et ad suā felici tatis domum opendiosiori tramite ductiua. Non aspernandū est testi moniū Ecc̄i xxi ij. Qui operant in me nō peccabunt. qui elucidant me vitam eternā habebūt. Odiū ergo et charitas perscrutantiū legez dñi signū est paucitatis saluandoꝝ et modice fidei in multis ecclesiasticis rectoribus. et nō tm̄modo signū ꝫ causa etiā. Quo contra hoc interim grande solatiū est abiectioni et ino pie theologoꝝ ꝙ salutis viam no/ scunt ꝙ deum ducem assidue in via peregrinationis sue loquentem au/ diunt. Ietus nanq; Laberij puer/ bū est in saturnalibus a macrobio positū. Comes facundus in via ꝓ vehiculo. Et quis est deo in sacra scriptura loquēte comes facūdior? Et hoc nō parui existimabat sapi/ ens. Sapientie. viij. Erit allocutio cogitationis et tedij mei. Et infra. Intrans in domū meā requiescam cum illa. Nō em̄ habet amaritudi/ nem conuersatio eius ꝛc. Ceteꝝ q̄ꝑ clara hominis laus ē qui vere dicē potest apud semet ipm ꝓ laude sua

illud qđ dicere lucilliũ Seneca mo
uerat de naturalib⁹ questionib⁹ li.r
Ego liberalib⁹ studijs me tradidi
cuius pauptas alias inuaderet et
ingeniuz obduraret vbi pñs studij
preciũ est ad gratuita carmina de/
flecti me et ad salutare studiũ me cõ
tuli. Intellexisti arbitroz qs tibi in
tuaz felicitatis domũ vadenti dux
sequẽd⁹ est. qz dñs solus. nõ mũd⁹
q cecus est. nõ diabolus fraude ple
nus. nõ bzutalis appetit⁹ pessime la
scluiens petulans atqz dissolutus.
Aduertisti pterea qualis via vadẽ
da tenẽda qz est. qz mãdatoz dei.
nõ via hominũ humanaz ve adin/
uentionũ. Felicẽ te si credideris. me
ãũt in dño gloziabũdũ si ozãs exo/
rauerim. Q si effeci magna documẽ
toz fasce libẽat⁹ sũ. Nam de reliqs.
mõ videlicet ambulandi. de hospi/
tij societatisqz electione. de vie tole
rantia et simil⁹ scrutatio mãdato
rũ dei te redoet puidũ. sagacez do
ctissimũ. Postremo illud vnũ de do
mus in quã vadis cõditione psua
sum habeto. Illaz nisi auro gẽmis
ve radiantibus ex materie celestis p
ciositate esse compositam. Cuius in
cole non gule. nõ voluptatibus car
nis ve illecebris vacant. Teniz do
mus talis porcorum esset non ho/
minũ. Cur ita? quia homo qui dicit
prestantissimã hominis naturã eaz
sup porcinos affect⁹ nõ collocat ne/
qz nobilitat. Quo pacto? Quia si vo
cẽ porco prestiteris. nõ alid ab istis
pro summa iocunditate requiret.

Qualis ergo beatoruz felicitas est?
sanctissima prorsus iocundissima q
dignissima que in operatione opti/
ma optime potẽtie respectu obiecti
optimi que deus est reponit. Que
operatio optima est? Cõtemplatio
diuinitatis intuitiua conquietatiua
eius fruitiõe. Que optime hõis po
tentie? Intellect⁹ et voluntas. Quã
obrẽ? Quia ipe nos sup bruta sole
leuãt q dei capaces efficiũt. Quid
de potentijs sensitiuis. Nunqd saltẽ
ipe voluptatib⁹ pfruent ppijs in
obiectis? Minime. Que ratõ? Prius
em aquã igni copulabis et incom/
possibilia chimere mẽbra apones.
qz cũ voluptate felicitatẽ cõsocies.
Quare sic? Dustato quippe spũ desi
pit omis caro. Quare necẽ est supi
oz potẽtiaz delectationẽ illã que
inferioz est extinguere. qm in eis ex
supioz felicitate incõpabiliter am
plioz qz ex eoz obiectis ppijs ac/
crescit iocũditas. Ex quo videri pt
maiorẽ esse delectationẽ in sensib⁹
beatoz qz sit doloz acerbitas in
corpe damnatoz. In hoc ãt loco
grauissime inculpand⁹ est Auicẽna
q ir. metapb. sue vltime posuit q sa
pientib⁹ theologis mlto magis cupi
ditatis sit ad psequendũ felicitatẽ
aiaz q ẽ diuncta prime veritati qz
corpozũ. Ab illo ramẽ porcino ma/
chometi sui paradiso nõ sequestra/
uit sententiam. Te autez interrogo
vir disciplinaq pbica eruditõne ple
nus si boies immortales esuq potu
delectabunt in ore Fateris. Esuriẽt

3

ergo et sitiēt nēce ē. et tāto intensi⁹ quāto eis intensiores tribuis dele/ ctationes. delectatio em̄ ꝓportiona tur appetitui. Q̄ō si ita est. comedē et bibere ampli⁹ oueniet. Jētres idcirco icōpabilit capatioēs et tur gidiores q̄z nūc habere. fieri q̄z sine terminatione augmētū ad q̄ō ordi nat comestio. Et pudet et dicā. ege stiones insup fetulētiori cumulo in illa beatitudinis domo ogerē opor tebit. Denuo si virgines plimas hz vnus vir. cur nō plimos similiter vi ros mulier vna. q̄ si generent immo deratissime erit filioꝝ ꝓcreatio. Si a generatione vacāt. pari modo a libidinosa copulatiōe. alioq̄n illic z nature ordo puertere q̄ ex illa exi/ git copula generationē. et impoten tia sue virtutis generatiue conuin/ cit q̄ appositis om̄ib⁹ ad generatio nē futurā sufficientib⁹ illic suo caret effectu. Porro reprobatōe indignū iudico ꝙ āgeloꝝ felicitatē in coq̄z pincernaꝝ et ꝓstibuloꝝ scortoꝝq̄z officia redigit. Quanto rectius est hōies ad similē angeloꝝ felicitatez sublimādos asserere cū xp̄o dicēte. in resurrectiōe neq̄z nubent neq̄z nu benť. ꝙ erūt sicut angeli dei. Mat. xxij Et vbi inq̄es erūt sicut angeli? In illa equidē beatitudinis domo ad quā pegrinatio nr̄a tendit. ad quā nisi infelicissimi sum⁹ et in mala ho/ ra ꝓgeniti totā vite labentis viam totā animē intentionē ordinamus. ad quā inuitat xp̄s quēlibet q̄ salu/ tē affectat suā. Vade inq̄t in domū tuā. q̄ fuerūt ꝛc. In quib⁹ vbis ar/ bitreť quilibet xp̄m ad se sermonez hūc dirigē. vade citi⁹ ne torpesce. va de let⁹ ne paueſce ꝙ salutis semitas Pro ꝑmo ꝑmi Regl. ij. Festina velo citer ne steteris. Et ꝓuer. vi. Vade o piger ad formicā z osidera vias ei⁹ z discę sapiaz. vt videlz pigritiā ignauiāq̄z deuites. Pro altero imi/ tare philippū vel eunuchū qui ibat gaudens ꝙ viā suā. Actl. viij. Et ꝓ/ phetā audi canentē In domū dñi letātes ibim⁹. Deinde scdo. In do mū hāc accelera In domū hāc ꝓpe ra vbi nulla calamitas In illā itaq̄z domū cui⁹ si nomē petis rñdet Ja/ cob. Gen̄. xxxv. No⁹ loci illi⁹ dom⁹ dei. Et. xxviij. eiusdē. Vere nō ē hic aliud nisi dom⁹ dei et porta celi. Si ei⁹ ꝺditiones p̄ceꝑis. opulētissima est. in p̄s. Gloria et diuitie in domo ei⁹ Rursus. spetiosa est. Ob hoc p̄s Dñe dilexi decorē dom⁹ tue Porro laudib⁹ insonat. in p̄s. Beati q̄ ha bitāt in domo tua dñe ꝛc. Deniq̄z omnē hōis appetitū ꝓfecta sacieta/ te delectat. in p̄s. Inebriabunť ab vbertate dom⁹ tue et torrente volu ptatis tue potabis eos. Et iterum. Replebimur in bonis dom⁹ tue. Fi/ nalit tertio tuā pete mansionē. tuaz pete portionē q̄ est felix p̄nitas. vt scz māsio tua sit in domo eterne ret butōis cū p̄s. Vnā petij a dño hāc req̄raz vt inhabitē in domo dñi. ꝛc. Porrō q̄z in terra viuētiū. quā nos audire ꝓspero imꝑturbato q̄z cur/ su prestet sūm⁹ illa in domo p̄fami lias dñs noster Jēs xp̄s. Amen

Finis

¶ Sermo de omnibꝰ scis

¶ Sermo de omnibꝰ scis compositꝰ ꝑ supza nominatū magistrū Johēz garson cancellariū Parisien. et doctorē ꝛc.

EXultabūt sācti in gloria. letabunt in cubilibus suis. Originaliter ps. cxlix. ¶ Colletātibus sanctis et exultātibus in gloria. Quid supest o doctissimi viri pres et fratres nisi satagere talem habere deuotionez. vt eis intercedentibꝰ ad coꝛ ꝓuenire mereamur societatē. qm̄ non habemus hic ciuitatē manentē sed futurā inquirim⁹. Q; si naturale est exulibus a patria sua ꝙ nescio que dulcedo cunctos allicit sermonē de ea et frequenē facere et cupidꝰ audire nos a tali patria tales exules nōne multo ampliꝰ id ipm agere natura stimulāte opellimur. Suspirem⁹ igitur ad celestia vt ibi nr̄a sint corda vbi vera sūt gaudia. vbi ciues sanctoꝛ habitant et domestici dei prestolantes aduentū nr̄m. et ad aduentoziū ꝓmptissimi. tm̄odo non obsurdescam⁹ vocantibꝰ. non repellamus adiutozes adeam⁹ potiꝰ illuc deuotionis pedibꝰ. Interpellantes in primis te reginā celoꝝ. te dn̄am angeloꝝ. qua aperiēte ꝑ nobis os illud benedictū. os plenū gr̄aꝝ. ptius ozabunt sancti. sancte ꝙ omes Quibꝰ in omune ozantibꝰ. quo paco formidabimus de repulsa? Eia

aduocata nr̄a illō os gloziosissimū ꝑ nobis aperi ad ozandū. quēad/modū in hac die solennitatis et letitie nr̄a aperim⁹ ad te salutandū dicentes. Aue gr̄a plena ꝛc. ¶ Exultabunt sancti in gloria. letabunt in cubilibus suis. Collaudaturi sanctos sanctas ꝙ omnes vt et debitus eis honoz fiat a nob ac viciſſiz sua nos intercessio adiuuet. vt demū ad imitandū eos sua nos exempla alacriozes efficiant. Iste em̄ tres sūt prese tis institute celebzitatis rationes. ꝑponimus verbū ꝓphetici carminis Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibꝰ suis. Et quidem ipe pbus in expientie naturalis schola versatus tradit in rhetozicis ꝙ delectationē omnia ꝓsequūtur. et gr̄a ipi⁹ delectari appetunt delectari. nec semel in hanc cadit sniaz. Nihilominus idē duas letitie vel delectatōis spēs odiuit. Una que est studiosorū purā. laudabilē. trāquillā. diutur naz. Hic est illud ꝙ pbia admirabiles habz delectationes firmitate ꝛ puritate. Altera dat q̄ a vitiosis vitā pecudū eligentibꝰ inquirit. ꝛ hec feda. turpis. inquieta. breuis nocitura. qualis fuit sardinapali. Hanc letitiaꝝ varietatē locis plurimis scriptura sacra nō siluit. Letamini in dn̄o iusti in dn̄o. ecce bonā letitiā. Audi malā. In maleficijs suis letificāt regez. Et talia sine numero posuit sacra scriptura Duo ꝓportionabiliter cubilia eadē sac̄ scriptura cōdistiguit phibēs vnū ꝑ os pauli. Nō in cubi

Sermo factus in solennitate

libus inquit et impudicicijs. Quo perlecto verbo lumen ecclesie Augustinus conuersus est. Laudat alteram in canticis dicens. In cubilibus et in ortis aromatū habet ꝙp pe letitia ꝙ exultatio vitiosa probro sum vitiosum ꝙz cubiculū. sancta vero sanctuz quale notant verba thematis. Exultabunt sancti in gloria letabunt in cubilibus suis. Poterat fortasse ambiguuz esse de qua letitia de quibus ve cubilib⁹ intellige/ret ꝓpheta si dixisset Exultabunt in gloria letabuntur in cubilibus suis Nunc aūt cū addidit sancti. omnis scrupulus dubietatis ablatus est. quoniā sanctoꝝ non nisi sancta est gloria sancte exultationes et letitie sancta ꝙz cubilia. Ideo quia cubilia quibus in locis queremꝰ aut inuenimus illa. Puto ꝙp nō extra nō foris sit sanctoꝝ gloria sit exultatio et letitia. sed introrsus in abdito conscientie secreto illoc sensit qui dixit Gloria nra hec est testimoniū cōscientie nre. Nā et gloria omnis filie regis ab intus. Bonū igitur cubile. ꝙ sanctū et letū est sanctoꝝ conscientia. in hac exultant. in hac gloriant et letātur tranquilla pace fruentes. Nam amodo iaz dicit spiritꝰ vt requiescāt a laboribus suis. Est quippe sanctorum cubile mundū. est molle. est quietum. Alioqn si vel sordidū esset et fetens. vel asperū et durum. vel tumultuosū ac strepidulū. neqz quies in eo. neqz letitia et exultatio posset inueniri. neqz diceret ꝓpheta de eis

in solennitate

Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis ¶ Habemꝰ ꝙo et quale sit sanctoꝝ cubile dicere. supest. p nostra eruditione quo pacto tale in eis cubile stratū paratum ꝙz fuerit. vt et mundū esset et molle et quietuz. Dicaz quid contigit dum hmōi meditatio mea nouissime perquireret. voluens et circunducens quaquauersū sue cōsideratōis oculos. Incidit in euangeliū pātis celebritatis. Ille septem beatitudines quasi totidez cubicularias introspexit quaz ministério sancti dei sancte ꝙz omnes cubilia conscietiaꝝ paruerūt. Nam si queritur vnde sanctorum cubile mundiciā habuit. in ꝙm ptu videre est. quia vel beatitudo luctus sordes abluit si prefuerint. mūdicordia innocēs. nullas hmōi sordiū colluuiones introire ꝑmisit. aut agglutinari. Ibe due sunt cubilarie que appropriatione quadā familiarius obsecute sunt cōfessoribꝰ et virginibus ¶ Proinde sequitur. Unde in his cubilibus mollicies. Attendite quia mititas ꝙ misericordia tanqz doctissime ad hoc opus cubicularie omnē impatientie duritiē abiecerūt ꝙ molliciē cōpassionis etiam erga necatores suos induerunt. Hoc in martyribus fuit precipuū. Deniqz quies vnde optata sit fiqs voluerit agnoscē aspiciat tres reliquas beatitudines tanqz cubicularias ad hoc opus idoneas. Paupertatē spūs que spinosas rerū curas abigit. Esuriem ꝑterea et sitim

iustitie que fastidiosū et variū semp ocium deiicit. Pacez deniqꝫ que ab omni exterioꝝ interioꝝ qꝫ strepitu cubiculū conscientie tutum reddit. Hoc modo cubile quietū in apostolis. in ꝓphetis. in patriarchis vtiqꝫ paupibus spiritu esurientibusqꝫ iustitiā atqꝫ pacificis cubicularium hoc est beatitudinū ternarius iste strauit. Neqꝫ tamen negauerim q̄n haruꝫ beatitudinū talis extiterit sedulitas. vt et mutuo se iuuarent. et omnib⁹ in omune sanctis inseruirēt Sed ita loqui ꝑ appropriationē fas fuerit. Beati igitur sancti sancte qꝫ omnes tot beatitudinibus olim circumsepti. Beati prorsus tali subsequentiū septenario cubicularium adornati. quatin⁹ nulla spurcicia fe terent. nulla callositate. rigescerent. nulla inquietudine turbarent. vt hic in spe singulariter prediti in pace in id ipm dormirent et requiescerent. et illic simul dono sentirent illud ꝓphetici carminis Exultab ūt sancti in gloria. letabunt in cubilib⁹ suis. Et quis dabit nobis o viri fratres et patres. quis dabit exultare hoc est extra nos quodāmodo saltare in hac gloria. quis letari in cubilib⁹ nostris. Absint vtinā igit iugit inter nos ad obsequiū nostr̄ septem iste cubicularie quas ex euāgelio nominauim⁹. pauptas. mititas. luct⁹. esuries. iustitie misericordia. mundicor dia. pax. Felix plane qui tali contubernio. potuerit gl̄iari. Affirmo qꝫ totus in exultatiōe totus in gloria positus letabit in cubili sciētie sue. replebit cor suū iubilo. et gaudium suū nemo tollet ab eo. Quidni tot⁹ iocundet in cubili mundo. in cubili molli ⁊ placido. in cubili tranquillo et quieto Nihil plane letius bona sciencia vel iocundius atqꝫ serēi⁹ cū ex aduerso nihil horridius mala conscientia. nihil confusius et inquietius inuenit. Exagitat quippe stimulis cupidinū miseris qꝫ modis se rodit tepiditate. semper presumit sua turbata sciencia. Ue talib⁹ qui semp vel dū tristant furiunt. vel iuxta sapientem dū letant insaniunt. Quid letam insaniā vel si melius dicat insanā letitiā. Letant inquit sapiens cū malefecerint et exultant in rebus pessimis. Qualis putas insania est videre hominē de cui⁹ morte tractat lasciuire et gestire. imo et vincula quibus strangulet incessanter operari. Tales sunt qui iniquitatem meditantur in cubili suo. assistunt omni vie non bone Ue cubili tali. quia fetens et sordidum est. quia spinosum et asperum. quia nulla ex parte tranquillum. Nihilominus quidem iacere sustinent in cubili tali sic sus in volutabro luti. sic iumenta q̄ oputruerūt in stercore. de q̄b⁹ itē ap̄ Job dicit q̄ sub sentib⁹ delitias oputāt. Qui deniqꝫ iam sē tiunt in se illud maledictū ꝓphetic̄ Subter te sternet tinea. Que tinea? Tinea mordax prauī delectij.

Et operimentum tuum vermes. re/
morsus scilicet amarissimi peccato/
rum. Jacet caro cū pcōre ⁊ teter/
rimum fetorem illecebraꝝ eructuat
Jacet mūdus et duros curaꝝ acu
leos ingerit atq; mordaces deside
rioꝝ pulices multiplicat Jacet dia
bolus et horridis fantasiaꝝ erroꝝ
emulationū ambiguitatum spinis
ter turbat. Pernicioſos. nimirum
hos dixerim cubicularios asaꝝ q̄/
bus irrepentibus p ecclesiastica cu/
bilia attracta est sordidissima dira
q; dissensio. oculcans omnia. omia
pterēs. ꝫ de ħ portentuoso scisma/
te in sacris ecclesie cubilibus se ver/
sante qualis vnq; sermo p rei indi
gnitate sufficiet enarrare! Quanto
dsultius erat viri pres ⁊ fres quan
to iustius aduocare deū in cubiculū
suū in cubiculū dscie. qđ adeo coan
gustū et breue est dicit sermo ꝓphe
ticus vt duos capere nequeat. Qua/
les duos! Sponsū et adulteꝝ. de/
um et mundū. Ita pgebam decla/
mare dtra vanitates ⁊ insanias fal
sas hominū dtemnentiū cubiculuz
ꝓprie dscientie. hominū alibi gloriā
alibi letitie oleū cū fatuis virginib'
mira stoliditate querentiū. Cupie/
bam insup spectaliori descensu tres
orantiuz thalamos morales conte
rere ſm tres status hominū quos
presenti sermoni videmus interesse.
Quosdam intueor incipientes ⁊ iu
niores. hos appropriate monere co
nabar ad mundiciā cubiculi sui. qđ
ꝑscientiam appellamus. nam in pue
ris nonne debet angelica puritas
effulgere! Alij sunt ꝓficientes et ꝓ/
fectiores. his suadere conabar mol
liciem cubiculi sui quod est conscien
tia vt et mites essent non resistētes
malo. ⁊ contra crebriores illius eta
tis insultus per patiētiam et misera/
tionem non eneruatam segnitiem fi
erent molliores. Denicq; ſliquos a/
spicio seniores ⁊ perfectos. hos ma
gis decet quietum tranquillū q; cu
biculū. vbi somno contemplatōnis
in pace in id ipsum dormiant corde
in superne visionis spectacula vigi
lante. Quale est illud Ego dormio
et cor meū vigilat Jta inquā pergē
meditabar. dū studiositas specula/
trix aut affuit aut affuisse visa est.
que gressū orationis nr̄e retorquē
et ad supernos vnde ceperamus ci
ues regredi suadebat. mlta sup eo
rū statu. mlta sup eoꝝ felicitate lett
cia et exultatiōe diligenē inkrogās

¶ Dic primo inquit si letitia fācto/
rū sit eoꝝ principal' btitudo. Prin
cipalem nō esse respondi. sed ad be
atitudinē cōsequit. que in clara dei
cognitione et fruitiua eius dilectio
ne cōsistit quibus positis in anima
bene dispositā tanq; conuenientissi
mis formis coniungentibus anime
potentias supremas cū obiecto sū/
me conuenienti cū omni bono vt le
titia et exultatio consequat' necesse
est. Laudat igitur sactos thema no
strum a sue felicitatis effectu. hē ibi
Torrente voluptatis tue potabis
eos. Et ibi Dimpleb me letitia cū

vultu tuo. Et ibi. Intra in gaudiuz dñi tui. Sic et talia innumera. ex quibus ꝓhetice sententie osonis elidi/tur positio hominū felicitatē in voluptate, nō in dei otemplatione po/nentiū. Nam etsi felicitati voluptas vel vt securius dicam⁹ iocunditas adiuncta sit nō tñ est felicitas neqz finis noster. ¶ Dic.ij. Si licet opera dei mandata ꝓter letitiā et delectationē quā omnes appetūt conse quendā. Respondi nō licere tanqz ꝓ fine vel motiuo principali. Esset em̄ puersa q quodāmodo symonia ca aut adulterina affectio. Sec⁹ dū deus est ꝓncipalis finis intētionis. et delectatio secūdari⁹ sub hoc fine. qm̄ vbi vnū ꝓter aliud iam nō plures quodāmodo sed existimaꝯ vn⁹ finis. ¶ Dic.iij. Multo plures ex hominib⁹ ꝓponūt spūalib⁹ carnales letitias. Ꝓponūt respondi. qm̄ in gustu corrupti sūt. et qz spūaliū gustationē nō satis attigerunt. ¶ Dic iiij. Si par sit in oīb⁹ sāctis letitia q exultatio. quelibet itaqz ꝑm anselmi deductionez videꝯ esse infinita. dū quilibet tantū gaudet de bono alterius sicut de ꝓꝓio. et ita p reflexiones ꝓcedendo resultabit gaudiū sine modo Rñdi delectationes in sanctis et finitas esse et impares finitas quidē sicut anime substātia et sua capacitas finite sūt. Impares vero ꝑm diuersas mansiones et cubiculoz. hoc est oscientiaz dispositiones in gratia ac natura. Processus autē Anselmi non de infinitate

formalis letitie locuz habet sed de obiectali vel exemplari vel occasionali. ¶ Dic.v. Si letitia sanctorum vicissim quandoqz vel minuitur vel augetur. Minuitur vel augeꝯ respōdi si fiat aspectus ad letitiaz ab accidentali beatitudine consequentez vt de creaturaz pulcritudine gaudio bonitate et in aureolarum coronatione. Hoc intellexit doctor noster Jhūs dum ait gaudium esse in celo angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. Similiter gaudium est sanctis dum ex eoz imitatione dum q̄ ex eorum predicatio/nibus vel scriptis ad bene agendū conuertimur. Ita ergo nūc et alias dum honoramus sanctos. dū precamur. dum libros eorum legimus duz de eis predicantibus ipos vtiqz letificamus. Propterea grandis fiducia prestatur nobis q̄ repulsam non patiemur dū quod maxime cupiunt et quo delectātur petim⁹ orazmus prosequimur. ¶ Dic.vi. Si tristentur sancti compatientes malis nostris. quale est illud Angeli pacis amare flebunt. Respondi non esse amplius in sanctis dolorem. non luctum. passionem quidem perdiderunt. et si non compassionē. possūt nichilominus intelligi de nostra impietate tristari. dum gaudio illo carent quod de nostra sanctitate sentirent. ¶ Dic septimo. Si hic sup flumina babylonis in tanto tamqz incerto dānatōnis piculo liceat qñqz gliari exultare et letari. Licet rñdi

sed in domino cū tremore. Alioqn trepidatio sine exultatiōe misera et exultatio sine tremore supba vana qz reputat. ¶ Dic. viij. Si p viatoribus damnandis orant Respondi orant. vel qz fortassis eos damnādos nondū sciūt. vel vt minus miti us qz damnent. et vt cōpassionis habere viscera se demonstrent. nōdū cū obstinati sunt. nondū locus deest remedij qz diu incole sūt in terra. qz diu sedem tenet misericordia dñi superaltare potens iudiciū. tādiu fas est damnādū in terra iustitie ad misericordie curiā appellare. vbi preter hūanoz morē iudiciorū peccatorē absoluit accusatio ꝓpria. ꝓpria qz saluat damnatio. Si nos ipos iudicarem⁹. nō vtiqz iudicaremur. ¶ Dic. ix. Si nras orationes ad sanctos fusas ipi sp agnoscūt? Agnoscūt respondi. hoc quippe ad suā gloriā. hoc et ad beatitudinem saltē accidentale pinere cognoscit. hoc igit fit vel in verbo vero vel reuelante orantis angelo vl alio tali modo. ¶ Dic decimo. Si tātundē valeat orare sanctū aliquē minoris meriti vt maioris. et vnū sic plures. et cur dictū est ad aliquem sanctoz conuertere. hoc dicēdū ee rndi. Qm affectio nostra. nra qz deuotio nūc isto. nūc illo mō. nunc ad hunc nūc ad illuz sanctum plusq plus accenditur quo fit vt commodi plus habeat oratio. addito qz deus vult sāctos suos quoslibz honorari. hunc in illa. hunc in ista gratiarum ptero gatiua. Deniqz tanta charitas est inter sanctos vt vno orante alij similiter deprecentur. Sed neqz ad diuinā maiestatem nra vilis indignitas presumere debet accedere sine medio domesticoz suoz quozum orationes et doctiores sunt et placidiores. Urget nihilomin⁹ quosdā ad deuz sine medio nōnunqz accedere vel necessitas vehemens non habens legem. vel charitas foras mittens timorē nō cogitans maiestatem. ¶ Dic xi. Si p nobis orantes sancti semp exaudiant. Exaudiunt respondi. dum petim⁹ pie hoc ē p vtilibus ad salutē et p nobis. et pseueranter et in charitate. Secus nō oportet vt si petim⁹ tpalia nociua aut p alijs nō se prepantibus ad grāz. aut si nō sum⁹ in gratia. vl si non perseueram⁹ in eadē. ¶ Dic xij. Si sanctis nobis orantibus indulgentiam largiuntur. Largiūtur respondi non quidez auctoritatiue vt in terra summus pontifex. sed impetratiue. excepto tamen christo sūmo capite nostro cuius auctoritas pncipalis semp est in indulgētijs. ¶ Dic xiij. Si sancti feruēt⁹ orāt pro illis quos i vita germanius dilexerunt vt pro parentibus et benefactoribus. Cui questioni par est illa. An adepta simul beatitudine sancti tres inter se magis qz extranei delectentur et exultent. Respondi qz gloria non tollit naturam sed perficit. Preterea nihil prohibet quin ceteris paribus illud quod

bit. Fiet quoq; ex redundantia bea
titudinis anime ad corpus sua leta
iocūditas sua quadrupler dotatio
Porro de sensatiōib⁹ forinsecis nul
lam impfectionis dicentib⁹ indigē
tiā. vt sunt visio q audition. nihil phi
bet illas exerceri. vt in decoris q ar
monicis corpus hilarescāt. Secus
de tactu videl et gustu quos vel ad
nutritionē vel generationem ipe na
ture deus viantibus ingeniauit q̄n
q̄ imperfectione secluſa quis aude
at determinare quosdaz ꝓrios ho
rum sensuū actus non ibidem repe/
riri. ¶ Dic. xvij. Si cubicularie ani
marum sic eē beatitudines nomi
nate sunt septem. Si preterea ancil/
le cetere quas virtutes cardinales
et theologicas dicimus letificabūt
cubilia animarū in gloria. Hoc est
querere si beatitudines et virtutes
omnes in illa felicitate manebunt.
Non manebunt respondi quantum
ad id quod imperfectionem sonat
pro vie statu. vt q̄ sint moderatiue
passionū vel incōmodorum tolera
tiue. vel expectatiue futuroꝝ aut lu
centes in speculo et enigmate. Cete
rum quo ad reliqua que decorē ani
maꝝ quendaz operanē illos habi
tus pulcerrimos remanere. sicut nō
est penitus improbabile. sic nec est
contentiosa temeritate ponendum.
¶ Deniq; quo ad tres istas questi
ones vltimas ꝓportionabiliē satis
dici potest de horrenda tristitia da
mnatoꝝ quod et augebitur per re
sūptōnē corpoꝝ vtiq; fetidissimoꝝ

vtrobiq; queritur contineat verita
tem. sic q̄ sancti ꝓ suis amicis ma/
gis orant. et. eis saluatis cumula/
tius gloriant. ꝓ eis maxime q̄ sue
saluationi verbo vel exēplo vel ope
re quolibet causam prebuerūt. quē/
admodū dānati suos acriori odio
participes insectabunt. ¶ Dic. xiiij
Si de pena damnatoꝝ sancti colle/
tant. Colletant respondi dū vident
vindictam. non quidē pro afflictio
ne vt afflictio est. sed vt ipa iustitie
voluntati q̄ diuine cōformat. Pro
pterea nihil ꝓhibet dicere eos cog
noscere imo visitare posse localiter
penas et gemitus stridores q̄ da/
mnatoꝝ. quib⁹ resonantib⁹ cū gau
diis saluationis fit carmen amenissi
mū quale canebat psalmista cū ait.
Misericordiaz et iudiciū cantabo ti
bi domine O armonia vere mirabi
lis satis apprehēsibilis que resultat
canēte inferno tenorē iustitie. q̄ mol
lem cantū misericordie paradiso re
sonante. ¶ Dic. xv. Si letitia sācto/
rū ex resumptione corpoꝝ augebit
Augebit respondi saltem extensiue
sed an intensiue ꝓblema est ad v/
trunq; ꝓbabile. et habet ps vtraq;
causas et doctores. ¶ Dic. xvi. Si
letitia sanctoꝝ in suis corporibus
erit p̄ sensatiōem extrinsecā ꝓrioꝝ
obiectoꝝ. vt q̄ visus delectat in lu
cidis q̄ pulcris. tactus in mulcētib⁹
gustus in dulci et sapido. similiē de
ceteris. Respondi q̄ principalis in
corporib⁹ glorificatis letitia ab in/
ternis scientiaꝝ cubilibus emana

q offi cadauere vilioꝛ. quod qꝫ ab intus et ab extra erũt in omni acerbissimo cruciatuũ genere. foris, deuorati ab igne et ab intus vt cibanũ ignis positi. Turpissimis deniqꝫ vitioꝛ habitib⁹ fedabunt. torquebunt qꝫ. nam et vermis eoꝛ nõ morietur. q superbia eoꝛ ascendet semper. se furiosa rabie in omnipotentẽ erigens et impingens ¶ Dic. xviij. Si delectabunt sancti in gloria deum oculis coꝛporalibus intuendo. Respõdi eos coꝛporaliter visuros foꝛe deũ in carne assumpta. quod qualiter fieri simul poterit ab omnibus miranꝫ illi qui vel dei omnipotentiã vel status illius nouã totam consistentiã nõ aduertunt. Doꝛro si vel iris multicoloꝛ vel imago speculi videt pariter a varijs distanter Nõ est inopinabile similia de coꝛpe xpi ponere in celo. quẽadmodũ suo modo confitemur in bñdicto sacramento. Quocunqꝫ demũ acies coꝛporalis oculi sese cõuerterit videbit deus omnia in omnibus oculo sane spirituali nõ coꝛpali sicut deus in essentia sua nõ caro est seꝺ spiritus.

¶ Proponebat studiositas speculatrix ampliora oquerere de secretis celestib⁹ etiã vsqꝫ ad curiositatem vel inutilem vel inopoꝛtunam. vt si possit haberi letitia de patre sine filio si absqꝫ psonis de essentia. si de perfectione vna essentiali vel ideali absqꝫ reliqua. Si visionẽ quis habere posset sine delectatione. aut delectationẽ sine delectatione osequẽte si in acceptione dei libera stat principaliter beatitudinis certa iocunditas et iocunda eternitas. Si sancti se posse damnari cognoscũt sicut et veꝝ cognoscere habent. quo pacto in suis cubilibus ineffabili securitate letantꝫ. Si deus in beatis sit eoꝝ formalis nõ solum efficiẽs vel exemplaris vel obiectalis letitia. Tunc ego ad studiositatez. abi preceꝺ. preceꝺ absiste. tempus disputandi et tẽpus instruendi. primũ in schola. alterum in sermone. Suffecerit actẽtue inꝺoꝛtũitati paruisse. noli ea q̃rere que vel impossibilia sunt inuentu vel questu supuacua. vel p tempoꝛe et loco parum idonea Redeat permitte oꝛationis nostre lãguiꝺ. iã et pene lassus gressus a celis ad terras. a sanctis ad nos. a questionib⁹ ad moꝛales eruditiões. quãqꝫ nõ sine moꝛalibus documẽtis multa quesiueris. Ita studiositas ad se ego ad me reꝺij. Protinus resumere cogitaui tres consideraciones intermissas. Unam de incipientibus Alteram de proficientibus Tertiã de perfectis ꝺm tres conditiones cubilium sanctoꝝ in mundicia mollicie et quiete qualia loquitur vox ꝓphetici carminis. Exultabunt sancti in gloria. letabũtur in cubilibus suis. Que fuerunt verba thematis.

¶ Sequit oꝛo. Attẽꝺite g⁹. ad vos mihi sermo ẽ o pueri si ex deo estis verba dei audite. Letificate scõs pu

dorem diabolo facite Non fileo.nō
ḡesco.sic studebo loqui vt a vobis
intelligar.nihil loquar amplius nisi
ad vos et pro vobis o pueri.habe/
te partem vr̄am in sermone. illā no/
lite repellere. Si frequēter in domi
bus vestris vt deceret instrueremi/
ni de salute vestra et puritate vestri
cubiculi quod est conscientia. si dili
genter incitaremini ad amorē xp̄ia
ne religionis docēdo sepe ad quid
facti estis.ad quid tenditis. in quo
periculo damnationis estis.ego fa
cilius dimitterem vos et silerez. Di
xi iam. non fileo.non quiesco. nolo
ꝙ in futuro mordeatis nasuz meū.
quid admiramini quid aspicitis.si/
lueritis interim et scietis que sit hec
parabola Date quartam partē ho
re verbo dei et honori sanctorum q
saluti vestre qui non vnā horā nō
duas. sed dies integros. ꝫ hebdo
madas fabulis sepe datis. Aut cer
te recedant mali pueri.recedant di/
scholi. recedant perditi.maneāt bo
ni quibus loquar. Recedant inquā
non teneo.non impedio. aduertant
tñ periculū si sine benedictione fina/
li discesserint. Denūcio vobis o pu
eri et adolescentes ingenui. denun/
cio vobis tria que seruetis circa cu
biculū conscientiaꝫ vr̄aꝫ. Custodite
cubiculū vestrū sciētie vr̄e mundū
in vobis vt sitis mūdicordes.i. mū
di corde. Cauete ne ꝑ malitiā vr̄az
cubiculū aliaꝫ sciētiaꝫ verbo ma
lo vel opere deturpetis. Videte de
mū si hec duo nō seruaueritis. saltē
post immundicias lauate ꝑ luctum
penitentie et confessionis Sit in pri
mis o pueri cubiculum conscientie
vestre mundum. vt tam re qz̄ nomi
ne pueri id est puri dicamini. Estote
similes angelis dei.similes innocen
tibus atqz̄ virginibus. Et dum scie
tiaz queritis attendite ꝙ in maliuo
laz animaz non introibit sapientia
nec habitabit in corpe subdito pec
catis Horret tale cubiculū coinq̄na
tum et fedum. Nolite perdere mun
diciam innocētie. Notat em̄ ambro
sius ꝙ innocentia facilius custodit
qz̄ ꝑ veram penitentiam ipa iā per
dita reparetur Videte: specula no
ua pulcra et nitida cito inficiuntur
cito maculantur. sed tardius emun
dantur Talis est etas puerilis atqz̄
virginalis.fedatur celeriter et fran
gitur.tardius emundat et ad inte
gꝝ nūqz̄ reparat Sz q̄d aget puer
ꝑ custodia mūdicie conscientie sue?
Dicam audite. Procuret a ñ omia
a parentib⁹ suis vt colloceť apud
magistrū bonū sanctū pudicū incor
ruptū qđ Orati⁹ maximū reputat.
Alioq̄n si magister nō sit moros us.
et deuot⁹ et de religione solicit⁹ ipe
plus nocet frequenter moribus pu
eroꝝ qz̄ prosit ingenijs eorum sicut
de Archiloco dictū est. Talis est lu
pus inter pueros ouiculas.non pa
stor.destructor.nō instructor. corru
ptor.nō corrector. Alteꝝ qđ tu pu
er debes inq̄rere est bona societas.
Moneo semel q bis imo millesies re
petēs monē nō sufficō. declina o pu

er a societate puerop et immūdop quales teste apło regnū dei nō posſidebūt. Sumpſit idē apłs a gentili poeta. q̄ corrumpūt bonos mores colloquia praua. Si colloquia q̄nto fortius oſcortia. Tales ſi tibi dentur. accuſa. reuela. aut certe poti⁹ fuge q̄z remane Non mentiebat̄ ꝓphęta dicens. Cū ſancto ſanctus eris. et cū puerſo puerteris. Et itep̄ habitauerūt inter gentes et didicerūt opera eop̄. Et metricus Unica praua pecus inficit oīe pecus Eſt alia ſocietas o pueri quā a vobis fugiendā oſtendo. Et qualis eſt iſta ſocietas? Mala credite mihi mala valde et peſſima iſta eſt demonis ſocietas. Cur audito miramini? Nolite mirari q̄ verū eſt quod dicitur. aut certe miramini et cauete. Scitote q̄m demon manet habitat q̄ iacz in lectis immūdis malap̄. oſcientiarū q̄ ſine labore ſunt ſine ſtudio et in ocio. tūc eos inducit cogitare vilia et turpia que verecundū eſt non ſolum facere ſed dicere Ibanc ſocietatē nequiſſimā diaboli fugite precor o pueri Sed queritis inter vos forte et dicitis. Quō fugiem⁹. Audite beati Ihieronymi cōſiliū. Semper aliquid boni facito. ne te diabolus inueniat ociosū. Et rurſus. Ama ſcientiam ſcripturap̄ et carnis vitia nō amabis. Credite nō mihi ſed ſapienti. Quia multa mala docuit ociositas. Ipa puerſa eſt doctrix imo ſeductrix que ſufflat ignem furioſorum deſideriop̄ carnaliū aut pene/

nuz nutrit infelicis inuidie. Sciebat hoc Oratius dum ait. Si non intendas ſtudiis et rebus honeſtis inuidia vel amore vigil torquebit. Dic forſan hic aliquis ex pueris Ecce p̄ vidi mundiciaz cultuli mei vel exꝓria vel aliena malicia. quid mihi reſtat. quid ſupeſt? Propoſui iam et repeto. vide ſaltem ne deberis cauſam in verbo vel opere q̄ alius in cubili oſcientie ſue maculet̄ Ideo certe eſt officiū diabolicū pervere ſocios ſuos. illos ſecū ad damnationē trahere. Sufficiat tibi o quiſq̄s es immūdus damnatio tua. parce vite alterius. imo fame tue. imo vitę ꝓprie ſi ſciretur. Cogita precor quātum potes. itep̄ q̄z atq̄z itep̄ vehementer recogita. quantum diſplicet deo. quantū in ſe puerſus eſt q̄ malignus. quantum habet de periculo nunq̄z ſatiſfaciēdi plenarie puer ille qui cauſa eſt perditionis tot animarū ex immundo facto ſuo. dum tamen ſit vitiū ſicut mala ſcabies de vno ad alium. imo ad alios forte decez forte viginti. forte centum. forte mille. Ille aūt qui cauſam primā dedit quō poterit tot et tales ad bonum et ad mundiciā reuocare. quō poterit ſatiſfacere. quō penitere? O ſi attenderent omnes q̄z facilius eſt aliquem maculare et in lutum peccati proꝑcere. q̄z lauare. q̄z purgare. et a malo retrahere. Scit hoc inimicus noſter ille diabolus. ꝓcurat igitur tales ad inuicē corruptiones et contagioſas feditates ognoſcens diffi

cultatē plene postea penitendi. Cir
ca hoc debet esse magistroꝝ solici/
tudo precipua. et ne pueri maligni
irrideant bonos ꝙ deuotos sub ap
pellatione hypocritaꝝ vel taliū no
minū. Tales nō possent nimis acri/
ter verberari.imo si nō desistant de
bēt exterminari ab oīi ossortio me/
liozum. Comparanē his qui fetus
in maternis vteris suffocāt aut alli/
dunt. Sed quid fiet eis.quid agent
in inferno damnat ex malo aliozuꝫ
consortio. vultis scire quid agent?
Ululabunt acerrime pre rabie toz/
mentoꝝ maledicētes illis et clamā
tes. Ue ve tali per quem ego dam/
natus sum maledictus sit in eternū
per quem crucioz in hac flamma.
Narrat auctoz libelli de disciplina
scholarium ꝙ filius quidā nobilis
ciuis rhomani qui cōsumpserat mi
sere et immunde iuuentutem suā.dū
duceretur ad patibulum ad mortē
sequebatur eū pater suus flens. Ui
dit eum filius suus quesiuit vt oscu/
laretur patrem suum.pater approxi
mauit.sed filius loco osculi momoz
dit sibi nasum et erasit.dum alīj cul/
parent et mirarentur exclamauit O
pater tu me suspendis tu me interfi
cis.si eī dū me iuuenē vt debuéas
correxisses ego nō venissez ad hāc
mortem inhonestam. Hoc est o pue
ri quod ante notauerā.ꝙ neqꝫ ego
neqꝫ alīj dum predicam⁹ neqꝫ ma/
gistri precipue debem⁹ vos dimit/
tere q̄n moneamus et corrigamus
vos ne postmodum mozdeatis na
sos nostros. Hoc dicebat quedam
pia mater pueris suis. Ego taliter
vos corrigam ꝙ non mozdebitis
nasum meū. Hoc habet in libzo de
apibus.ca.xxx. Legi quendā ma
gnum viꝝ narrantē de se ipo ꝙ ha
buerat vnū iuuenem nobilem puoi
cum et castuz in principio sed p ma
liciam vnius magistri sui fuit seou/
ctus et pluries monitus noluit tan
dē desistere.sed plus obediebat ma
gistro illi in crimine pessimo q̄z ami
cis suis et deo. Quid euenit. Nuoi/
te rem horrendā. Uenerant amici
illius pueri in magna pompa visi/
tare eum.et dum post cenam retra/
ctis oīibus ad cameras ornatas.
dum puer esset in lecto suo cepit
horribiliter clamare ꝙ plangere.ve
nerunt ad eum seruitozes suiꝙ ami
ci.et dū nescierunt cur clamaret nec
dicere vellet.aduocatus est decan⁹
ecclesie et alīj canonici.concitus ille
venit residet ad lectū clamātis.sua/
det confiteri peccata. hortatur vt
confidat in deo nō in homine. Hec
cum decanus fortiter ei diceret.tan
dem puer eum audiens inspexit ter
ribilibus oculis dicens. Ue illi qui
me seduxit. Ad quid ad quid super
me diuinum auxilium inuocabo Ec
ce iam video apertum infernum. vi
deo p̄sentes demones paratos me
rapere. Et cum omnes vt se potius
signaret inclamarēt. signa te puer.
Ille quasi nihil aduertens clausit
oculos.et auertit faciem.et cum du
ris ꝙ miserabilibus vocibus miserā
animam exhalauit. Intellexistis ne
hoc exempluz terribile o pueri? Ad

auditū eius nonne toti tremuistis. Nunquid nunc vos etiam penitet? penitet estimo. sed gaudete vos qui boni estis. Aliquid igitur audire nō pigeat. Peto te o puer si quis induceret te ad comedendū carnes p totaz quadragesimā ꝛ in die veneris sancta. quid diceres. nonne repelleres eum valde velociter cū cachinno. Nonne ostenderes digito dicens. Videte qz malus est iste qz peruersus qui talia mihi dixit. Et ipse bene miser. Et ego tibi securus affirmo q̄ peiores sunt et peius faciunt illi de quibus loquor qui alios inducunt ad immundiciā conscientiarum suaꝝ qz si facerēt comedē carnes in die veneris sancta. Nolo pl⁹ specificare quia qui culpabilis ē intelligit. qui non est culpabilis non eget vt intelligat nisi forte vt caueat. Denuncio vobis o pueri fugite tales immundos et plus fugite. pl⁹ horrete. plus odite qz si quererent interficere corpus vr̄m cultello evaginato vel male strangulare. Plus est anima qz caro. et vita spiritus qz corporis. Accusate tales imo vi repellite. spuite cōtra eos in faciē. cōclamate cum beato Bernardo. ad latrones ad latrones. ad ignez ad ignem. Postremo si tu puer non seruasti mundiciā conscientie in te nec in alijs saltē peniteat te. recurre ad lotricem optimā scz ad luctum. Nihil est magis diabolicum. nihil ita displicens deo qz post culpam nolle penitere. humanū est peccare. diabolicum in peccatis perseuerare

Sed dices. ad quid penitere ꝛ lauarem me. video fragilitatem meā ego ꝓtinus statim iterum maculabor. Noli sic estimare frater. sed fac quod debes et quod precipit deus succurret ipe. tandez miserebit et sanabit. quid scis quādo morieris et quomodo. Quid si morte subita. si repentina. Quero a te si laues manus tuas. si vestes lineas. Respōdebis. ita lauo vel lauare facio. Quero preterea si post lotionem iterum maculant. Respondebis ita. Lectū igitur conscientie tue cur non similiter emundabis et si sordidanda sit posterius? Sit tibi precor conscientia tua carior qz camisia. Noli ꝓtimorem futuraꝝ macularū dimittere purgare pūtes et augere. Post penitentiā crede mihi et minus erit de sordibus et minus adherebunt et facilius abluentur. ¶ Dices rursus. O qūo talia tam feda tam turpia peccata dicerem homini viuenti homini sacerdoti. Quid dicēt ꝺo fieret. Plane diceret. Parcat tibi deus. et te diligeret ꝛ celaret. Si tātū times sacerdotem cur non amplius deum omnia videntem. imo totam curiam celestem semper presentem? Si times sacerdotez bonum discretum et solum. cur non magis times socios puēos indiscretos qui nihil celare sciunt nisi quod nesciunt. ꝛ nisi cui et qualiter quid deberent revelare. Quid melius est. vel vt dicas nūc peccata tua vni. vel q̄ exponātur in morte tua vel etiā in vita ḡnerosoqz omniū aspectui. Nōne facil⁹

est hominib⁹ peccata ofiteri q̄z cuz demonibus sine vlla miseratiōe toꝛqueri. Si dictū est tā fetidū tā horꝛridū et abominabile.plenū factum obsecro,quale putabiť? Dt si dices vellem bene facere.vellem esse mundus in oscientia.vellem abstinere a peccatis.sed nequeo.Noli frater dicere nequeo.ꝫ nolo.Certe potes.ꝫ nō vis iuuare te.Quō iuuare? ꝓrimo fugiendo otiū.fugiendo maluz osortiū.deniqz orando et ouertēdote ad aliquē sanctoꝝ .specialiter ad illā sanctaꝝ sanctā ꝓtutiendo pect⁹ exemplo Hieronymi et dicēdo.sancta virgo virginū ora ꝓ me. adiua me mitte auxiliū refugiēti ad te Deniqz exemplo anthonij et hilarionis adolescentū increpa diabolū in ipa temptatione tua quasi ꝑsentem.et dic ei.Fy de te et de temptatiōe tua miser diabole.Ecce ego nō obedio tibi. Plurime sunt tales doctrine ꝓ mundicia cubilis ꝓprie cōscientie seruanda.inť quas posuim⁹ bonā societatem magistri et socioꝝ et famuloꝝ.occupationem in bono studio et oratiōe.Fatigabo vos nō amplius o pueri. Sit tandē nostri finis sermonis in oratione ad deū et sanctos sanctas q̄z omnes vt taliter paremus hic cubilia conscientiarum nostraꝝ in mundicia.mollicie et quiete ꝓ gr̄az ꝙ eoꝝ osortes effecti exultem⁹ et letemur in eisdē cubilib⁹ nr̄is ꝓ gloziam Amen

Finis

Sequiť sermo de omīb⁹ sanctis per thema. Beati q̄ lugent quoniā ipi consolabuntur

Beati qui lugent. quoniā ipi cōsolabuntur Mat.v.et sentētialiť.Lūc vi.et in euāgelio ꝓsentis celebritatis.Nos de beato luctu et consolatione locuturi in hodierna celebritate sanctoꝝ illoꝝ a quoꝝ oculis abstersit deus omnem lachrymā ita vt non sit amplius ibi luctus neq̄z clamoz.Te reginam inclitam ciuitatis hmōi sanctoꝝ de qua gloziosa dicta sunt .matrem insuper illius qui est deus totius consolationis inuocabimus ꝓ gratia qua egemus impetranda dicentes . Aue maria gratia plena.ꝛc Beati qui lugēt quoniam ipi consolabuntur Scribitur vbi dictū est. Proposita hac celesti stupendaq̄z sententia.insonante hanc grandi tonitruo ex oze diuinitatis in sublimi monte ecclesie. audierunt q̄ꝫplurimi altisonam huius extraneissime et a sapientibus mundi actenus abscondite doctrine tubam.Et quidem in omnem terram exiuit sonus eoꝝ.Auditam vero non oñes equa mente vno q̄z iudicio compꝛobarunt. nimirum quot capita tot sententie.et fides dei donuz est ne quis glozietur.Audierūt eā omnes ex omni natione que sub celo est quoꝝ plurimis nihil ꝓ

Sermo factus in solennitate

fuit auditus .non inmixtus fidei vt apostolus loquitur.sed in depressiores.sue infidelitatis tenebras demersi sunt. Hi sunt pagani.idolatre et iudei perfidi.qui quoniam foris sunt et consordescunt nostris vocibus.nihil ad nos. eos deserat sermo noster ⁊ ad xpianos dirigatur Dicat qz.Beati qui lugent.ꝛc Ecce autem apertis meditationis mee oculis intueri videor plenas etiam xpianorum omnes aures hac sententia diuina Quis enim est xpianus cui hoc euangelium in ecclesia non sonuerit. Verbum hoc nihilominus ad mentales aures suas introrsus non equa profunditate et tenaci approbatõne reponit. Pars est hominum simplicium absqz eruditione et litteris quos sola auctoritas in hac fide stabilit . nec vltra quicquã vel querere vel intelligere studẽt.morem discipulorum pithagore in hoc tenentes. Satis habẽt scire quoniam magister hoc dixit. magister christus Beati qui lugent quoniam ipi consolabuntur Apud tales non rationibus sed auctoritatibus et exemplis agendum arbitror.quibus sufficiet insinuare. quoniam sancti sancte qz omnes quorũ hodie celebritas agitur ad consolationem per luctum transierũt.patriarche.prophete.apostoli.martyres confessores et virgines. Quid istos dinumero. qñ et ipm caput omniuz xpm pati oportuit et sic intrare in gloriam.hos ego ad historias et legendas sanctorum.ad vitas patrum.ad originalia doctorũ luctum collaudantia iudico remittendos. Altera pars est christianorum similiter simplicium et nullius eruditionis litteratorie. qui tamen pro consuetudine ⁊ gratia exercitatos habent sensus ad hanc doctrinã cupientes ex intimis anime precordijs.qui experiẽtia doctrice sentiunt et pregustant hoc donũ celeste.et toto cordis assensu.toto mentis iubilo eunt in hanc sentẽtiã Beati qui lugent.ꝛc Tales sunt in schola deuotionis.doctrina affectõnis edocte persone. quibus lachrymabilis iugiter ẽ hec vallis lachrymarum.qui dicunt cum psalmista Renuit consolari anima mea. memor fui dei et delectatus sum. Et rursũ delectanter dicunt cũ eodẽ. Secõm multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo consolatiões tue letificauerũt animam meaz. Quemadmodũ dixisse legitur beatus Bernardus. Multi vidẽt cruces nostras qui nõ attendunt consolationes nostras. Et Apostolus dixit Quasi tristes semper autem gaudentes. Apud istos quos vnctio docet.quos experientia erudit.importunũ nimis nedicam temerarium censeri deberet si aperirem os ad docenduz.a quibus vtinaz mererer eruditi. Alios preterea considero ex christianis inflatos sapientia non que desursum est sobria ⁊ pudica.sed terrena animali et diabolica et carnali. vitam pecuduz eligentes.qui fere nihil de homine preter figuraz retinent. in/

tus ferrea sunt omnia. Ipi dñi has beatitudines auribus recipiūt anī/maz intrinsecus surdā habent. aut ita pro egritudine peccatorum mi/serabiliter conturbatam q̄ dicunt opere etsi non forsan ore. Dur⁹ est hic sermo et quis potest eum audi/re. Nempe sapiētia terrena diuitijs inhiat. Propterea non beatos sed infelicissimos plane pauperes pre/dicat. Sapientia diabolica est sup/bia indignans et austera. Ipa bea tos mites quomodo iudicaret et non potius viles et abiectos? Sa/pientia animalis tota illecebris va cat. ducit in bonis dies suos. cuius vox est sapientie. ij. Exiguum et cuz tedio est tempus vite nostre. Tali/bus obsecro quando persuasum esset eos beatos esse qui lugent et non miserabiliores omnibus homi nibus. Quāobrem istud peritum et cecum genus xp̄ianoꝝ. q xp̄iano rum nomine. non xp̄ianorum cōuer satione relinquamus tanq̄ indisci/plinabiles et impsuasibiles ad hāc clausam eis diuinam lectionez. Be ati qui lugent. ē Supereſt ad exem plum aliud genus hominū qui nō sunt idiote vt primi sed luminibus tam ingenij q̄ conscientie eruditio nis scientifice tollustrantur. Qui et si nondum gustauerunt donum hu/ius beatitudinis velut illi simplices de secundo ordine. attamen eorum vita aliena est ab his vitijs quib⁹ obstinate corruptos mox esse vidi/mus illos de tertio ordine. Credūt insuper vt tandem intelligant. hoc est presuppositā religione philoso/phantur. quoniam persuasum ha/bent nisi crediderit̄is non intellige/tis. Quod notauit Plato dum ait in Thimeo. Sumendum esse com/pendiū ex credulitate. Istos tales qualium magnus est hic numerus nunc alloquendos esse decreuimus quibus non solam dicentis auctori tatem que tamen abunde satis es/set sed rōnem certam q philosophi/cam afferre confidimus per quam iam non solum credant sed etiā in/telligant huius mirande sublimis q̄ doctrine veritatem. Beati qui lugent ⁊c. Hoc faciemus si quidem permiserit deus ad Ciceronis imi/tationem in paradoxis. minori cer/te eloquētia sed pari veritate et vn de glorioz in domino maiori fide. Faciemus inquam tum ad conso/lationem nostram quatinus fides in intelligentiaz migrans lucidius emicet. tum ad concludendum lin/guam magniloquam eorum qui se dici philosophos volunt nec sunt. quoniam dum a religione putant secernere pbiam vtrunq̄ perdunt. q̄ verbū diuine nostre fidei omnium/bus verborum panniculis inuolu/tum vel fastidiunt ob simplicitatez sicut eis videtur rusticam ei anilem vt que lugere vel flere iubeat vt de opinabili fallacitate criminātur nō capientes. quo pacto ex luctu suum gignat contrarium quod est cōso/latio. nec perinde concipiunt. beā tos et consolatos esse lugentes. Et quoniā tres collati sūt in themate

termini principales. btitudo. luct⁹. consolatio tripertita erit sermonis nostri fabrica. quia super quēlibet ex terminis edificiuz nostre ratiocinationis fundabit̄ et excrescet. Dicem⁹ quoq; breui⁹ q̄z tanta res expostulat. quoniaz in scholastico exercitio et in verbo ad populū latiori sermone super hoc deo ꝓpiciante tractabim⁹. Primā exorsurus fabricaz in hoc nomine beatitudo recogito q̄ oēs qui de beatitudine hominis pb̄ica ratione perscrutati sunt. constituerunt eam in contēplatione prime cause. sicut peripatetice schole institutor aristoteles docuit ꝓmo et. x. etb. Aut posuerūt eam in virtute vel bono honesto et in viuēdo ꝺsentanee rationi et nature. In qua sententia schola stoicoꝝq; quorundaz academicoꝝ concordat. Aut deinceps collocauerunt eā in adeptione boni vniuersalis separati. quemadmodū Plato sui q̄z sectatores. Aut postremo dixerūt beatitudinē hominis esse animi voluptatem seu tranquillā pacem. cuius fuisse videt̄ Epicurus ille. cuius Seneca crebre cū sūma veneratione meminit in epistolis Naz Epicurus alter quisquis ille fuit. q Aristippus q Sardinapalus q sordidus Machometus qui i corporeis voluptatib⁹ humanā beatitudinē detrudere conati sunt Ipsi certe non pb̄i nec int̄ pb̄os annumerandi sunt. sed porci vocandi sunt. quia beatitudinez nō hominis sed pecoris descripserunt Illi similiter a pb̄ica ratōne procul abscedunt et ab eadem validissime confutant̄. qui diuicias. qui potentiam. qui gloriam. qui scientiam. et vniuersaliter bonū aliquod tale fortuitum fragile et caducum homini pro beatitudine statuerunt Quippe his omnibus ad votuz fluentibus reperire est huiusmodi hominez nō dicā non beatum. sed plane nequissimū et supra beluinā seueritatē. vel feritatem nocendi malignitate peruersum. Deniq; hec omnia fortune bona etsi decorem q ornatuz quendam extrinsecū felicitatis humane presentare q ꝓficere dicant̄ ab Aristot. ipsa tū ad componendū verū et intrinsecuz hominis bonū nullatenus exigunt̄. Notauit hoc ille qui ex incēdio vrbis fugiēs. omnia sua secum ferre dixit. Hec igit̄ in sūma est pb̄antium de hominis beatitudine quedam partita traditio. In contemplatione prime cause. in honesto vel virtute. in bono separato. In animi voluptate seu consolatione. quarū apparens varietas si nō me fallit iudiciū in vna connectitur cum cōceptione seu dignitate per se nota quam Aristoteles lucidius exposuit q̄ beatitudo hominis sita est in cōiunctione optime potentie humane cum optimo obiecto suo. Virtus. em̄ rei cuiuslibet et sua quedam beatitudo vt penes summum quod in ea est quantificetur necesse est quemadmodum beatitudo oculi esset eius coniunctio cum summe pulcro sibi proportionabiliter oblato. Ut nota qualis ē optima po-

tentia humana nisi ratio qua sola/ prestātioꝛ est homo ceteris anima libus. Obiectum preterea optimum quale aliud assignabitur q̄m ipse deus glorioſus. cuius ratio capax est. et quo nihil maius a ratione po test intelligi. Quare manifestuꝫ est q̄ eleuate Aristoteles beatitudinez hominis esse probauit contemplati onem prime cause. Conformiter ad illud Augustini dictuꝫ. Alio est to ta merces. fundatū videlicet in ver bo xp̄i. Hec est vita eterna vt cog/ noscant te verum deum ꝛc. Intelli/ gimus vero contemplationem non nudam cogitationem de deo sed cognitionez cum amore. Alioquin si dilectionem a cognitione separa/ ueris. non iam ibi contemplatio tā dicenda est q̄ curiosa quedam in/ uestigatio aut cogitatio vaga fru/ ctu carens atq; sensu. quales habu erūt quos inculpat apostolus cog nouisse deum et eum non sicut deu glorificasse. Propterea euanuisse in co gitationibus suis. Ecce vanitatem cogitationum si glorificatio seclu/ datur. et datos fuisse in reprobum sensum. quales multos flemus no/ stris temporibus. Porro locutio/ nes ceterozuꝫ pbozꝫ quanq; diuer so calle verborū incederent. in ean/ dem iudicio meo sententie finem cō uenium Nam bonū separatū quod plato posuit. cuius adeptione bea/ ti dicimur et sum⁹. nihil aliud a deo potest intelligi q̄ adipiscim̄ cogi tando. et amando hic in enigmate et inchoatiōe quadam imperfecta. tandem facie ad faciez plenitudine consummata. Rursus si stoicoꝝ et achademicoꝝ et epicuri prenomi/ nati positionē resoluamus inuenie/ mus q̄ nulla virtus est. nulla hone stas specioſioꝛ. nulla vita plus con sentanea nature atq; rationi. ꝯ nec aliqua operatio voluptuoſioꝛ est. aut si verbū voluptatis nimis mol le iudicatur nulla delectabilioꝛ q̄ sit operatio optime potentie homi/ nis. coniungens eam cum optimo obiecto suo quod est deus. hoc ve/ ro fit dum ip̄m ratio cognoscit et cognoscēs amat. et in cognito ama to q; tanq; in fine suo q̄ centro qui/ etatur. Ecce habetis omnem de be atitudie philosophica p̄scrutatōez que super vno cardine voluitur et vnitur ad cuius notitiā xp̄iana reli gio compendioſa fidei traditione ducit qō efficē philosophica dispu tatio vix longo circuitu q̄si palpā do et innitendo valuit. nec perfecte tamen valuit nec stabiliter nec fince re. Hinc p̄claritſime dictum est ab apō q̄ quia mundꝰ in dei sapiētia deum non cognouit. supple cogniti/ one que per dilectionem operatur. Et intelligite q̄ hic apostolus p̄m discipulum eius dionysium philo/ sophiam appellat dei sapientiā imo et reuelationē. Deus inquit reuela uit eis. Placuit ei per stultitiā pre/ dicationis. hoc est per compendiū credulitatis saluos facere creden/ tes. Non q̄ philosophia inutilis aut falsa sit. q̄ppe q̄ est dei sapia et reuelatio. non q̄ vere religioni ad/

uersa. non'p in articulo 'quocunqz contraria sicut velle demõstrare p positum é. sed quia homines bono dono male et temerarie vti sunt et alia ratione. vt ad felicitatis beatitudinem sine rationatione sine fluitatione ipos etiaz simplices ydiotas venire licẽt fidei pede fulcitos Deniqz ne gloziarei ante deũ stulta presumptio omis carnis. his p primo fundamento positis et viua vẽitatis calce agglutinatis. quadruplici etiam considerationẽ instar ꝗtuoz laterum. superedificare fas habemus ¶ Prima cõsideratio Quia dei cognitõ perfecta nequit haberi per sensus solos. alioquin bruta essent dei capacia. si nostre beatitudonis esse volum' participes. vt a sensibilibus ad spiritualia ouertemur necesse est Istud est inter Platonis dogmata precipuũ. auertendũ esse scilicet a sensibus faciem nostre mẽtis. Omnia nisi ad sensum referre/ẽ proprium pecoris. et certissimuz veritati inueniende affert detrimentũ huius sentẽtie pluries meminit Cicero. Et Augl. ex ea pulcerrimum illud volumen de vera religione deteruit. Animam itaqz nostram intellexerunt pbi factam esse velut in orizonte duoruz mundoz spiritualis et corporalis. cuius facies duz ad corporalia ouertit fit quodammodo crassior nubilior et hebetior ad intuendũ celestia. et depmit terrena inhabitatio sensũ multa cogitantẽ inquit vnus ex pbis hebreoꝝ. cui conformia est sermo poete. vi. Eneidos. Terreneqz hebetãt artus moribundaqz membra. Poeticũ etiam inuolumẽtũ de haustu lethei fluminis ad hoc tendit ¶ Scda consideratio. Presupposita rationis aggrauatione per peccatum. auersio a sensibilibus ad spiritualia cogitanda fieri nequit absqz luctu seu tristicia. Haud magna in hoc loco ratiocinatione opus existit. vbi quotidiana experientia plusqz satis est hãc elocuitur veritatez. Quippe mortificatio sensualitatis. pugna vitioꝝ virtutum victoria. fugere voluptates. tristitias equanimiter perpeti. et fimilia humane militie stipendia. nõne luctum suũ saltem ab initio secuz ferunt? Ferunt vtiqz. Attamen fine istis nunqz ad syncerũ et purissimũ veritatis prime lumen scanderem'. nunqz sursum rapcremur. et illic rapti staremus nec respõderemus veraciter hortanti ecclesie sursum corda habemus ad dominũ Quando et qualiter obsecro forti cõtritione leuaremus nos super nos. dum iniquitas super talentũ plumbi sedẽs nos in ima depmit. instar poete more siliphi dum cõquerimur cũ Phebe ta. Quoniam iniquitates mee superesse sunt caput meum ꝛc. Dũ postremo multitudine noxiozum desideriozum et volitantium cogitationum instabilitate acies nostre mentis vndiqz confunditur impeditur et turbatur? Et hanc Aristl. quanqz sue originis ignar' notauit vbi dixit aliqd esse in nobis quod aduersatur rationi. Pterea tractatur de

nostra beatitudine ipe de luctuosi/
tate passionū moderāda per virtu/
tes prius docendū eē necessario in
dicauit. Tertia consideratio Bea
titudo nostra est de numēo delecta
bilissimorum. imo delectabilissima.
hoc ipm dicere ratio compulit Ari
stotelem primo et.x. Ethicorz. Iha/
bebatur quocz pro oraculo apud
veteres vt infra latius docetur In
sanctis propterea quoruz hodie ce
lebritas agit experientia multiplex
illud certum facit. Quod insup sub
altissimis cōsiderationibus q sapiē
tum allegationibus initium summe
cōmunis de virtutibus manuducit
Quarta consideratio. Ieram q
plenam consolationem sicut nec ve
ram beatitudinez vita humana pri
us habere non potest absqz luctu.
Perspicuū est hoc sequi ex premis
sis. Propterea licet iam non solum
credere sed etiam intelligere. Quo/
niam beati qui lugent ꝛc. Et hec de
prima radice ex qua terminus iste
beatitudo germinat hāc veritatis
segetem beatos et consolatos esse
lugentes Euge pergamus vltra
ad secundaz nostre orationis fabri
cam quam fundabit terminus iste
luctus. Attamen ne perpendicula/
rem nostri edificij regulam contur/
bet equiuocationis irregularitas.
describendū ē quid est luctus quid
consolatio. Nam inuenietur luctus
malꝰ nihil ad beatitudinē oferens
nec afferens consolationez que bo
na sit. Hoc sensit qui dixit Tristitia
seculi mortem operatur. Cum pus
dixisset. Tristitia que ꝑm deum est
penitentiam in salutez stabilez ope
ratur. scōa ad Ephorintꝫ. vij. Luctꝰ
et consolatio sub vna acceptione
generali due passiones sūt ille due
contrarie quas aliter nominamus
dolorem et gaudium que comple/
ctuntur in suo generis sinu passio
nes omnes reliquas enumeratas a
pho scōo Ethicorz. et secundo rhe
torice. q a poeta. vi Eneidos. q ab
alijs alibi. Consequūtur autez pas
siones iste due luctus et consolatio
vel dolor et gaudium ad duas ra
tiones obiectalis generalis q extre
mas. Quarum vna est vt boni con
uenientis et altera mali disconueni
entis. Describitur hic luctus hoc
modo sumptus. Luctus est vitalis
anime motus surgens ex apprehen
sione obiecti vt disconuēiens est. cu
ius effectus est presertim si sit in sen
su ostrictio. quidā horror et fuga q
renisus. Est aūt ratio disconueniē
tie disproportio lesiua armonie et
vnitatis debite. Elucidationez ha
rum descriptionū cum reductione
omniū passionū ad has duas que/
rat cui libuerit. ij. Ethꝫ. et rhetorice
Quibꝰ notatis p diuncta. Deinde
qz tripliciter dicit bonū ꝑ delecta
bili. ꝑ vtili. et ꝑ honesto/ Et similiē
malū ex opposito. ꝑ tristabili. ꝑ no
ciuo q ꝑ inhonesto. Possemꝰ o for
mē ad has rōnes obiectales boni
q mali multiplicare ꝑmonē de luctu
q dolatōe ꝑut dsurgūt mediatevl
imediate ex appꝫhēsiōe bōi et hōesti
vel mali inhōesti. et ꝫ dupl̄r. in actu

vel in habitu. Hoc quippe modo luctus et consolatio ꝓprie sunt anime rationalis et ad sensualitatem non nisi ordinate ad rationē spectant. sicut nec obiectales honesti et inhonesti rationes. Dicamus igitur ꝙ luctus in ꝓposito et ꝑut dicit beatitudo non quidē formaliter sed ꝗa omunicat beatitudinē hic in via. vt quia ducit ad eam. habet sic describi ꝑ habitu. Luctus est habit⁹ anime gratiosus quo inclinatur fugere et horrere obiectum sub ratione mali et inhonesti et disconuenientis apprehensum. Apprehenditur vero obiectū vt inhonestū tripliciter. aut formaliter et sic est deformitas. aut secundo disecutiue quia est effectus culpe et reliquie eius. sicut reat⁹ pene ꝙ macula ꝙ offensa. aut tertio occasionatiue quia ad culpaz inductiuum est. aut vt ab honestate distractiuū vt noxie temptationes et rebelliones sensualitatis. Ratio autē discōuenientie inhoneste ē violatio modi speciei et ordinis vel numeri ponderis et mensure. vel vnitatis spēi et bonitatis in libero arbitrio vt arbitriū est. Violentat insuper modus et mensuraꝙ vnitas in libero arbitrio. dū ipsum non insequit motione dei vt efficiens est. Violēt speciem et numerus. dū nō conformat cause sue exemplari. Violēt autem pondus et ordo et bonitas. dū non insequitur motione sue cause finalis. Per oppositum sumit ratio disconuenientis honesti. Par est describere consolationem. Consolatio ꝓ habitu est habitus anime quo inclinatur amplecti ꝗdam modo et vnire sibi obiectuz sub ratione boni honesti et conuenientis apprehensuz Et dicit similiter honestum triplicit. vel formaliter vel cōsecutiue vel efficienter et dispositiue Has descriptiones neqz fingimus neqz sola fide suppon⁹ Quoniam ex philosophica traditione iam data in his que nos docet experiētia possunt elici vallariqz Ex quib⁹ quid sit luctus ꝓ actu. quid cōsolatio actualis liquidū est. Nam luctus et consolatio actuales sunt vitales motus animi in talibus habitibus procedentes Jacto ꝙ ordinato hoc descriptionū fundamēto superaddamus quasdā laterales cōsiderationes Prima cōsideratio est ista Luctus' qualem descripsim⁹ est consolatiōis inductiuus Ita ꝙ qui lugent eo ipso consolant. vt verum sit ad litteram Tristicia vestra vertetur in gaudiū. Habemus medium in omni demonstratione efficacissimum diffinitionem scilicz ad hoc ostendendum. Omnis quippe apprehensio obiecti vt honestum ē et conueniens est consolatoria. sed apprehensio huius luctus est honesti apprehensio ꝙ conueniētis. ergo est consolatoria'. Maiore ꝓsuppo sita ex diffinitione. minorem facile ē deducē ex ꝗ plurimis dotibus honestis luctui attributis. Luctus ꝗppe iustus est ꝙ deo acceptus tanꝗz reddens deo qđ suū est. vel duz punit pcā in se et in alijs deo odi-

osa.vel ab offensaꝝ diuinaꝝ reliq̄/
is aut occasionibus liberari desi-
derat. ¶ Secunda consideratio .Non
est inopinabile ꝑm eandem animā
simul et ꝑm idem diuersis tamē re/
spectibus lugere et consolari instar
xp̄i.Si em̄ ordinem animā simul in/
telligere recte et reflexe q̄ de iudicio
suo formidoloso certitudinaliter iu/
dicare non videt repugnātia q̄ de
luctu actuali tanq̄ ō obiecto simul
habeat actualē osolatio Nec aliq̄o
apparet obstare nisi q̄ motus horū
actuū sunt ad otrarios effect⁹. vn⁹
ad fugā.alius ad ꝓsecutionē. vn⁹
ad dilatationem cordis. alius ad
constrictionem. sed hoc vltimuz de
luctu et consolatione in sensualib⁹
verum est ita non se habere. in spiri
tualibus forte non eque.Cuius rei
satis videnē experientiā dediſſe san/
ctoꝝ plurimi quoꝝ vita cū in luctu
otinuo esset.facies tam serena q̄ io
cunda et inter medias lacrimas mi
ra leti hominis suauitate et trāquil
litate respersa fulgebat vt in Marti
no.Dat exemplū climac⁹ de puero
simul flente et clare ridente Et vene
rabilis Richardus tradit in eodē
homine cōtemplatiuo simul esse ra
ptū mētis ad diuina exemplo moy
si positi intra caliginem in monte et
simul fieri rebellionē in sensu more
idolatrantiū in valle. Ad hoc pōt
trahi illud de Enea Mens immota
manet lachryme voluūtur inanes.
Vel dicam⁹.vt omis calumnie tol/
lat occasio.q̄ luctus et consolatio
eandē animā tanta celeritate alter/
natim inuicē afficiūt quantā discer
nere non valem⁹ Et osequenter po
net mot⁹ cordis quasi tremulus et
mixtus ex ostrictione q̄ dilatatione
forte similis motui campane dū tre
mit.et corde cithare dū resonat. et
ita mirabilis armonia fit in corde
nostro ex hac mutua percussione lu
ctus et consolationis qualez armo
niam explicare sicut difficile est ita
experiri facile.Hunc tremorem no
tabat exhortatio ꝓphetica exultare
iubens deo cū tremore. Exultatio
quippe sola dilatando facile euane
sceret.si luctus reprimens nō indu
ceret hunc tremorē. Quo tremore
tandē exercitata anima more alau
de volitando cantantis cadit in fe
licem spasmū.et in illā extasim rapi
tur vbi dicat cū silentio Bonū est
hic nos esse.Et illud. In pace in id
ipm dormiā q̄ requiescā. Denicq̄ p
dicta elucent veritates quas inopi
nabiles rident carnaliter sapientes
dū aplus precipit esse sicut tristes.
semp aūt gaudentes.Et ꝓba.ꝑm
multitudinē dolorꝝ meorꝝ in corde
meo osolationes tue letificauerunt
animā meā ¶ Tertia consideratio
Aduersitates corpales et luct⁹ sen
suales trahūt de p accidens ad lu/
ctum bonū. Ex se em̄ indifferentiaz
habent ad honestū vel inhonestuz
ita ꝓsperitates et vana gaudia ex
posito vehementer impediunt.p
pterea fortuna moderate aduersa
securior est regulariter et optabili/
or q̄z multum prospera. Hec quidē
deduxit certa ratione Boetius. Et

¶ Sermo factus in solennitate

sapientis vox affirmat dicentis/Melius est ire ad domū luctus q̄z ad domū conuiuij. In illa em̄ finis cū/ctorum admonet hominū vt viuēs cogitet qui futurum sit. Et rursum. Risum putaui errorem et gaudiuz dixit q̄o frustra decipis. Q̄ si oia que considerationē nr̄am informāt de laude tribulationis et prosperi/tatis deceptione inducere voluero non dico partem sermonis nec ser/mones integros imo nec libros mlt̄os adhuc suffecturos esse scio. Le gat Chrysō. in suo de compunctiōe cordis. Gregorius in moralibus. Guilhelmus parisienš in suo ō virtutibus de laude tribulationis et paupertatis. ꝛ compilatio illa com munis de virtutibus et vicijs prox sus et optima. Bonauentura in sti/mulo conscientie. et alij plures. Et in hac consideratione stabiliri pos/sent omnes beatitudines euangelij hodierni. presertim prima ꝛ nostra hec tertia et vltima. Emersit consili um Platonis et similiuz vt assidua esset mortis meditatio. ¶ Quarta consideratio. Etsi in beatis nō erit amplius luct⁹ neq̄z clamor. sed nec vllus dolor. tamē pro hac valle mi serie ille regulariter qui beatior est est luctu bono plenior. Considera/tio ista ab Augustino ponit̄ in suo de ciuitate dei. et adeo vera est. q̄ nullus vnq̄z tantum luxit quantuz christus caput nostrum et benedi/ctus in secula. non quidem pro suo rum sed pro nostrorum apprehensi one peccatorum etiam ab instanti sue conceptōnis glorioſe vt quidā tradunt. Ita luxit Maria. Ita Pau lus. Ita petr⁹ et ceteri innumeri p⁹ plenam et certam suorum peccato/rum remissionem. Itaq̄z ista tria se hic per communicationē quandaz amplectuntur beatitudo. luctus. cō solatio. Et ex opposito ad cōsidera tionem nostram inferre licz illos es se hominū miserimos et a beatitu/dine remotissimos pro hac vita q̄ vel ex elatione vel ex vana consola tione vel peccatorum nimia obliui/ratione lugere fugiunt. horrent. de/spiciunt. Igitur beati q̄ lugent quo niam ipsi consolabunt̄. Hoc tandē sūpta sint ex scōa radice in hoc ter mino luctus adherente. ¶ Pro ter tiam postrema edificij nostri structu ra consummāda in hoc termino cō solatio repetere non pigeat quid ē consolatio. Consolatio est habitus anime quo inclinatur amplecti quo dammodo et vnire sibi obiectuz sō ratione boni honesti ꝛ conueniētis apprehensum Consolatio autem a/ctualis est vitalis et muliebris mo/tus anime ex tali habitu et inclina/tione consurgens Ecce q̄ duo con currunt ad integritatem bone con/solationis. apprehēsio potentie cog nitiue et ratio obiectalis honesti et conuenientis. Et quoniam potētia que apprehendit si sit indisposita et ab armonia debite ꝓportionis dis crasiata faciliter decipit̄. in iudicio autem q̄ndoq̄z nihil sentit. oportet omnino nostram cognitiuaz ra tionalem bene disp̄sitam esse si be/

ne per eam querimus apprehende
re et in obiecto conuenientis hone/
statis consolari. Exemplum a sensu
alitate sumam⁹. Da febricitanti vi
nū illud amaricabit linguam eius.
Ostende lippo lumen gratissimū ille
conturbabit. Exulceratū palpa le/
niter tamen non delectationez sed
dolorez acerrimū inferes. Odores
suauissimos non sentit reumaticus.
Surdastris non est delectamento
vox canora dulcis q3 symphonia.
Non secus estimandum est de sensi
bus anime interioribus. Quid me
respicis. Quid admiraris si rationi
suos q̃q3 sensus esse dixi. Nonne
est in ea visus spiritualis quo cerni
tur pulcritudo decor et cādor lucis
illius eterne cuius lumen signatum
est super nos Quo visu videre non/
ne se dicit ap̄s. Nunc p speculum ⁊
in enigmate. tūc aūt facie ad faciē?
Est auditus spūalis quo p̄cipitur
sūma armonia veritatis. De qua
Pheta ait. Audiaz quid loquatur
in me dñs Est preterea gustus ad
quem inuitabat idem Pheta Gu
state ⁊ videte. ⁊c. Est insuper tactus
spūalis. alioq̃n non dixisset sponsa
sponso in canticis Leua eius sub ca
pite meo et dextera eius amplexa
bitur me et osculetur me osculo o/
ris sui. Deniq3 olfactū esse in rati
one p̄bat vox eiusdē spōse ad spon
sum. Trahe me post te. curremus in
odorem vngentoz tuoz. Nos ve
ro cogitationes et motiones et sen
sationes huius quintuplicis sensus
radicate in vno libero arbitrio ho
minis soliti sumus appellare nomi/
ne visionis. vt vide quid sonet q̃d
ledit. Et ꝑm hoc Pr̄ie et integre di
cit Augustin⁹ q̃ visio est tota mer
ces. Nam amorem et dilectionē cū
delectatione. hoc modo visio in se
claudit. ⁊ hoc modo qui plura dili
git plus cognoscit. Hoc modo con
templatio ad felicitatem sufficit in
tegrandam. Proinde sensibus istis
quinq3 reformatis et sanatis p lu
ctum. Nam luctus est potissimū ad
hmōi purgationē et sanationez in/
strumentuz. quis non agnoscat q̃3
vehemens delectatio sequatur ex
iunctione cuiuslibet hmōi sensuum
cum suo obiecto conuenientissimo.
Et quod est obiectū illud? vtiq3 de
us omne bonū sicut dñs Moysi re
promisit. Ostendā tibi omne bonū.
Ipe nimiz est visui sūma pulcritu/
do. auditui sūma armonia. olfactui
odor suauissim⁹. gustui panis sapi
dissim⁹. tactui sūme suauis intim⁹ ⁊
iunctus. Vide q̃iunct⁹. Nā qui
adheret deo vnus spūs est cum eo
Hec omnia Aug̃l. Greg̃l. Hugo et
ceteri theologisantes nobis valde
impares passim cantant. et nos cir
ta pugnas verboz circa fantasia/
rū fumos plus obnubilantes q3 il/
luminātes. plus fumātes q̃3 flāmā/
tes. lāguem⁹ artamur. arescim⁹ atq3
vanescim⁹ vt ob tales forte dixerit
climac⁹ theologiam non conuenire
nisi lugentibus. Et pensate precor.
p̃cor aduertite. si sensus naturales
et imperfecti tanta nos oblectatio
ne trahant et rapiant etiam vsque

ad furiã ex apprehensione obiecto/
rum.plane imperfectoꝝ et plurimũ
amaritudinis habentiũ.quis existi/
mare sufficiet quãta est illa delecta/
tio.quantus torrens voluptatis so
brie ꝙ sincere.dum perfectissima po
tentia obiecto suo perfectissimo sub
hac ratione quintuplici simul appre
hensiue coniungitur et vnitur?Hoc
sensit intime qui tam alte clamauit.
Quãmagna multitudo dulcedinis
tue domine quam abscondisti timẽ
tibus te.Vellem nobis tempus suf
ficere ad confirmandam hanc veri
tatem exemplis illustrissimis sancto
rum illoꝝ quoꝝ memoriã recolit ec
clesia. Nam per adaptationẽ quan
dam liceret hos quinq; sensus ad
ꝯntuplicem statũ beatoꝝ traduce/
re.Olfactũ ad patriarchas ꝙ ꝓphe
tas.Visum ad apostolos et disci/
pulos.Auditum ad martyres.Gu
stum ad confessores.Tactũ spiritu/
aliter ad virgines et continentes.
Ostenderem⁹ quêadmoduꝫ luctus
purgauit et sanauit hos sensus in
eis septima beatitudine mediante.
Et ex descriptõne boni luctus illud
palam elicit.Luctus sanauit olfa/
ctũ a fluido reumate affluentiũ bo
noꝝ crenoꝝ ꝑ pauptatẽ spũs i pa/
triarchis et ꝓphetis.etiã inẽ medi/
as diuitias.Luctus purgauit visuꝫ
ab inflatione superbie tumide ꝙ ab
acri morsu vindicte fellee atq; pun
gitiue per mititatem in apostolis.
Luctus purgauit auditũ in marty/
ribus ab implẽtione tremula terre/
narũ solicitudinũ et ꝑ ꝓphꝫ cõmodi
viscositate per esuriẽ iustitie et mise
ricordie impensionem.Luctus pur/
gauit et sanauit gustum in confesso
ribus a febrili et sordido humore
fedoꝝ desideriоꝝ ꝑ mundiciã cor/
dis.Luctus deniq; purgauit et sa/
nauit tactũ spũalem in virginibus
et continentibus ab inquietissima
prurigine fede carnalitatis ꝑ pacẽ
spiritus.Porro neq; lingua dicere
neq; mens percipere potest quãta
ad hanc sanitatem et reformationẽ
a luctu factam subsecuta sit consola
tio.Ex magnitudine suoꝝ effectuũ
eius plenitudo colligat.Hec nem/
pe desolatio suo odore traxit abrasã
de terra et cognatione sua.ꝙ immo
lationẽ ꝓphꝫ vnigeniti nihilipende/
re compulit.Sic de ceteris patriar
chis et ꝓphetis suo modo.Hec cõ/
solatio sua pulcritudine ducebat a/
postolos gaudentes a ꝺspectu con
silij ꝛc.Per ipi⁹ dulcẽ armoniã lapi/
des Stephano. ignis Laurentio.
Agate carcer. carbones igniti Ti/
burtio.Vincentio sartagines dul/
cescebãt.Quid amplius?Per hanc
vtiq; desolationẽ sapidissimã vasta
solitudo heremi.fames. sitis.nudi/
tas.et oia ꝙ horrida et aspa hũa/
na mõrlitas refugit. ea a beatis cõ
fessoribꝰ vltro suscepta sũt.Deniq;
tenelle puellule hac desolatiõe dini
amplexꝰ desortate extinxerũt impe/
tũ ignis ardentis infernalis.eis pla/
cuit celibatus.nuptie despecte sunt
mors olim terribilior absq; vllo ter
rore suscepta est.Bñ gº hz b tertiũ
fũdamẽtũ in b ẽmino desolatio.vali/

dum est sicut precedentia. et sustine/
re sine collapsu structurā quadrifa
rie considerationis potest. Prima
consideratio. Lugentes non solum
non contristat quicquid eis accide
rit vt de iusto sapiens loquitur. sed
etiam ipos letificat et consolat. Ra
tio in promptu est qm apprehendūt
q̄quid euenit eis tanq̄ missū eis a
pre misericordiarū et a sapientia di
uine prouidentie que attingit a fine
vsq̄ ad finē fortiter et disponit om
suauiter tanq̄ etiam cooperans in
bonum suū ꝑm apostolicam senten
tiam. Sit illud mors. sit tribulatio.
sit angustia. sit letum sit triste. eodē
per omnia vultu. eodem luctu. eadē
desolatione pugnant per arma iusti
tie a dextris et a sinistris. Mirat hic
aliquis de sanctis nostris. Miretur
quō epicurus voluptatis assertor
dixit teste Seneca Jocundū esse vir
tuoso torreri in tauro phalaridis.
Et dum moriens vermibus scatēt.
hanc vocem emisit. felicissimū hunc
diem et beatissimū ago. Nonne pre
terea hoc vidit oculatissim⁹ pbor
Aristot. dicens in virtuosa anima
consonari rationi Igitur erant fide
les isti pbi opponet aliquis aut abs
q̄ fide intelligi possunt q̄ credunt?
Ubi est g⁹ illud nisi crediderit. nō
intelligetis? Ego autem quales isti
fuerint pbi non disputo Scio tamē
nec mentitū fuisse pbm. nec intelle/
ctum talium mercatū haberi posse
absq̄ previa fidei saltem informis
collustratione. Et forte veritas sese
per ora infidelium sicut olim per asi
nam Balaam et per caiphaz reue
lauit. Proptéa ipos intellexisse ple
ne que dicebant non assero. sed ita
tamen sentiendū esse constanter af
firmo. Sed dicūt nos dicere ita vel
ad fauorē fidei. vel religionis adu
lationem. vel nostre professionis lau
dem quasi videlicet officium nostr
mentiri sit. Barriant quod volue
rint profecto et si cessaret nunc ois
obliuio ad fidem et religionem cer
ta tamen et comperta ratio in hac
me veritate teneret. beatos q̄ conso
latos esse lugentes in multis quoq̄
veritatibus fidei non minus extra
neis. Subinde miraculum hoc con
solationis in aduersitatibus fit ex
grā dei specialiter et ex forti actua
tione rationis in recogitatione diui
ne prudentie paterne omnipotentissi
me et sapientissime et optime. Que
actuatio fortis vel trahit ad se vel
impedit actus inferior potentiar
aut saltē ne suum actū impediant di
minuit et remittit. Fundat hoc in il
la regula pbie. Maiores motus im
pediunt minores. Dū aūt in xpi pas
sione nō ita otigerit. miraculose dis
pensationis fuisse dubium non est.
Hinc ingēit se corollariū de te beata
virgine que regina celor vocari di
gna es. quia dum tuā pertransiuit
animā gladi⁹ passionis filij tui. aia
tua nihilomin⁹ desolatione plena fu
it Deniq̄ ex his elucet quo pacto
in sapiētē neq̄ iniuria cadit neq̄ le
sio Fedā desideratio. Epicur⁹ collo
cās hōis felicitatē in voluptate ani
mi si desequent locut⁹ ē posuit eā hic

in luctu pro statu presenti. Itaq; dici nequit q felicitas nra sit in voluptate nisi comitante Non enī ipa est finis vltimus sed solus deus p dilectionem et cognitionē apprehensus Comitat aūt pari modo de necessitate felicitatem istam luctus consurgēs et apprehensione maloz vt inhonesta sunt vel honestatis impeditiua. Dicere enī q cuz vitijs et erroribus possit haberi vera voluptas et pax animi. est ponere incōpassibilia. Dñs erat qui dixit. Non est pax impijs. qm̄ natura p os synderesis iugit vitijs obmurmurat. q p intelligentiaz erroribus. quemadmodum lapis extra locum positus inquiet' quodāmodo est cui' signū accipim' qō pmit obstantia. Hinc collaudandus est eraclitus quez referunt Juuenalis et Seneca continue fleuisse. collaudandus si flebat eo fine et circūstātijs quibus oportebat Tertia consideratio Lugētes qui habitant in sepulcris q̄ moriunt tota die sicut oues occisionis qui exasperāt in se ipis. qui renuūt solari vt consolent. qui descendūt in infernū viuentes. hoc est obderādo illū sibi pcauent. suscipiunt etiaz in hac vita maiozem consolationez q̄ qui consolationibus carnalib' q indignis se totos precipites dant. qm̄ ibi moz delectatio effluit et stimuli graues et hami inclusi fixi manent infelicem animā corrodentes. adeo q̄ longe maioris vite sit boni pluri q̄. cum sit in eis secura et leta mens quasi iuge duiuiū. animus vero gaudens etatem floridaz facit.

Quarta consideratio. Homines corrupti sensus spiritualis per sapientiam terrenā animalem et diabolicam non plus audiendi sunt. non plus consulendi aut credendi si contra ea que diximus de luctu et beatitudine et consolatōne latrauerint q̄ si porcus laudaret voluptatem culpatis mundicijs. Aut quō febricitans vel mulier pregnans vel aliter Iesus audiret si contra sensatōes eoz hominū qui sani sunt disceptarent. Utrobiq; enī par est ratio deceptionis non credendo. corruptio scz iudicij et corruptione potentie apprehendentis iudicantis. Propterea de consolatione et beatitudine nostra plus aliqñ credendū est simplicibus idiotis tanq̄ plus in hoc vere sapientibus q per experientiā intimā philosophantib'. et qui prosuetudine et luctu et gratia puros habēt sensus exteriozes q̄ alijs q̄ntūlibet eruditis cū suis corruptiuis et fedis desiderijs obnubilantibus et amaricare desipere q̄ facientib' omnē sensū rationis. cui' corruptionis manifestū signū ē q̄ dolere nequnt de pcīs. Quid dico nequēūt Letarī etiā cū malefecerint. exultāt in reb' pessimis. Adeo sensus corū a sanctitate et a vita bona lōge abest. adeo prius obtorpuit. Et qm̄ tanta occurrit nobis hodie testium turba sanctoz sanctaz q̄ oim nobis testificātiū cū xpo beatos esse qui lugent qm̄ consolabunt. Profecto nō minus eis in hoc q̄ phis in

alīs suis inuestigationibus crede/
re equū ē Utrinqꝫ em̄ par est ratio/
cinationis fulcimentū in experien/
tia situ vt palam tradit dionysius
vij̄.c.de diuinis nominib'.Et dn̄s
Anthisiodorensis in ca.de dono sa
pientie.Liceat igit̄ non sola credu/
litate sed etiā cū intelligentia fideli/
ter asserere thema ꝓpositū.Beati
qui lugent qm̄ ipi cōsolabunt̄.Sta
bilita veritate fidei nostre sup hoc
triplici fundamento triū terminoꝝ
sumpti thematis beatitudo luctus
consolatio.et fide ad intellectionez
ficut arbitror deducta. nō ad meri/
ti euacuationē.semp em̄ prime veri
tati nō rationi fides innitit̄ sed ad
ei' dtra reprobos irrisoēs p̄conīū.
tota in ām̄onitione transeat et fini/
atur oratio.Lugentes et penitētes
audite cum gaudio premiū vīm ne
vos absorbeat tristitie exercitium.
Audite beatos esse qui lugent qm̄
dsolabunt̄.Beat' vero luct' ad cui'
mensam in secreto mentis cenaculo
duodecim fructus spūs ministrant̄
enumerati ab apło ad Gal.v.Cha
ritas.gaudiū.pax.patiētia.benigni
tas.bonitas.longanimitas māsue/
tudo.fides.mundicia.dtinentia.ca
stitas.Salubris luct' qui egyptia/
cā vitioꝝ turbā fundit' mergit.qui
capita draconū hoc est initia mala
rū suggestionū dtribulat in aqs su'
is.q̄ sup aquas babylonis sedens
et flens allidit paruulos ei' ad pe/
trā.qui sordes carnalitatis abluēs
obliuionē etiam inducit luxurie ma
gne.cui' dsolationi nō misceat alien'
cui cedit luct' infelix mundane ad/
uersitatis tanqꝫ si clauus clauo re/
tundit̄.Et o deus equissime si tam
obstinate refugiūt hōies luctū que
rentes dsolationē.quo pacto nō in
telligūt qm̄ ideo saltē lugere debe/
rent vt cōsolarent̄.Experiant̄ licet
quanta est in luctu bona iocūditas
quāuis cortex amarus videat̄.Aut
si nondū istud expti sunt vel expiri
nolunt.credant exptis.credant de/
mōstrationib' pbīcis.fidē habeāt
his om̄ib'.Qui sicut soli vtrāqꝫ dso
lationē expti sūt carnalē p̄mit'.po/
stea spūalem.Ita soli de vtraqꝫ cer
tissimum ex mutua collatione ferre
p̄nt iudiciū quēadmodū fuit Aug'
et alioꝝ.plurimi quib' gustato spū
dtinuo desipuit dis caro.et horro/
ri etiā fuit.Et audi ex me. parū em̄
esset auctoritatis in experientia mea
sed expto crede.Dic tu nobis Ber
narde Quid de hac dsolatōe iudi/
cas?Qui semel in dtemplatione di
uinā dulcedinem degustauit.nescio
an ipaz gehennā ad tps horribili'
expiri penali' ve ducat q̄ꝫ p' spūa
lis studiū hui' degustatōnē aut sua/
uitatem exire denuo ad molestias
carnis et ad carnaliū sensuū tumul
tus. Hoc exptissim' taliū et testis
veracissim' dixit cui discredē nefas
est.Sed his auditis suspirat ꝓtin'
aia ad cōsolationē hāc habendaz.
vt igit̄ lugeat necesse est.Sed lugere
volo inqs nec valeo.quasi videlz
nulla et non penitus vberrima essz
fletus materia et eo maior quo mi
nus flet̄.Nihilominus accipe consi
liū tu hodie ad aliquē sanctoꝝ con
uertere vt tibi gr̄am hanc luct' sua

impetret oratio. ꝓcutiet de⁹ silicem cordis tui virga disciplīe vt inde ꝓfluant aque suauissime et largissi/me Sic eñ a beata illa que fletu di luit pcā maria magdalena. quidā luctus gratiā obtinuit ꝑm narrati/onē Guilhelmi parisien. in rhetorica sua diuina q̄ in hac materia sicut et alie meditatōnes sanctoꝝ plurimū est idonea ꝑ occussione mentis ad luctū. Ecce ostituam⁹ añ oīderatō nis nr̄e oculos non in transitu ꝫ in ꝓfundo fixo q̄z intuitu ad q̄d ge/niti sum⁹. q̄dq; vbi futuri sum⁹ igno ram⁹. Quid si abesse otigerit ꝓpter momētaneā delectatiū culā ab eter no osortio beatoꝝ. quāta esset illa ofusio. de⁹ misericordie. quāta deso latio. Ite maledicti in ignē eternū. Si fletur lachrymis amissa pecūia veris. si mors amici pene nos exa/nimat. si qualecūq; infortuniū nos tpale conturbat. hec oīa ad aie nr̄e mortē quātula sūt. quale portē/tū ē gestare secū funus aime ꝓprie? nec iā gestare sed trahere ad sepul/turā infernalē et instar frenetici inē ꝓpria mala ridere et iocari. exēplo q̄z vituli q̄ ducit ad mortē petulco vanitatis pede saltare. Nōne prete rea gaudiū pñs sicut pūct⁹ est a q̄ linea miserie trahit in infinitū. Et q̄ ducūt in bonis dies suos in pūcto ad inferna descendunt. Luctus bo/n⁹ ecōtra lineam describit gaudio rū et cōsolatōis sine termino dura/turā. qm̄ breue hic et momentaneū tribulatōnis in nobis supra modū immensum glorie pondus operat in nobis per gratiam q; in futuro ꝑ gloriaz prestante eo qui est benedi ctus in secula seculoꝝ. Amen

Explicit sermo de omnib⁹ sanctis per thema Beati qui lugent ꝛc.

Alius sermo fact⁹ in die omniū sanctoꝝ p cancellariū parisi en. magistꝝ Joh. de garsonno ꝛc.

Exultate qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis Mat. q̄nto. et sm̄ialiter Luc. vi. Doctissimi et sapientes viri venite exultemus dño. qm̄ hoc habet hominū cōmunis natura vt de patria sua nescio qua dulcedine cunctos loqui pariter audire q̄z de lectet Non degenerem⁹ igit̄ ab hoc pio naturali q̄z desiderio dū de illa mercede celoꝝ que vere patria nr̄a est. patria finalis et eterna sermonē facere instituim⁹ Nemo claudat su res vel alijs tumultuosus existat. ob muteſcat garrulitas sūmurmurās. puerilis sibilatio q̄libz conticescat. q̄netiam seclusis ad tps reiectis q̄z om̄ib⁹ ad aie hostiū pulsantib⁹ au/diam⁹ et exultem⁹ qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Q̄d vt agere et loqui digne possim⁹ dispensatricez mercedis illi⁹ exorātes salutem⁹ p illud angelicū. Aue maria ꝛc. Exul/tate qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Si apud incredulos ac vere religionis exptes habēd⁹ th̄ sermo

esset eniti primū oporteret argumē
tis stabilire mercedē iustis.et repro
bis suppliciū post hanc vitā nō de/
esse. Quisquis enim hoc vel negat
vel in dubiū reuocat. cetera que de
virtutibꝰ ac pietate diligēter imbutis qui
le otemnit. Atuero melius nūc me/
cum oprehendiosius qꝫ agitur qui
orationē factur⁹ sū viris xp̄iana fi/
de ac pietate diligēter imbutis qui
bus certe psuasuz esse debetꝫ fixa
credulitate stabilitū. qm̄ qui bona
egerūt ibunt in vitā eternā.qui ve/
ro mala in ignem eternū Nec incre/
dula mente suscipiūt vocē nr̄i the/
matis. Exultate qm̄ merces vr̄a ꝛc.
Nam si deus et remuneratoꝛ est in
se credentiū quēadmoduz publica
nedū theologoꝝ vetetiā p̄bantiū
et vniuersaliter omniū ratione vten
tiū vox acclamat. alia post hāc vi/
tam iustis merces necessario sperā
da est. Neqꝫ em̄ diuinitatis iustitie
pietatis qꝫ cultoribꝰ sua merces in
hac vita dar̄ que creberrimis exer/
cer̄ erumnis.qr omēs q̄ pie volunt
viuere in xp̄o psecutionē patiūtur.
Nec desūt exempla. Aperte oculos
ad quēlibet sanctoꝝ omniū quoꝝ
hodie celebtas memorar̄ Etsi mor
talem p̄ntis vite sue cursū discusse/
ris.quid oro te nisi durum penale
acerbū et quotidiane mortificatio/
ni simillimū repies? Propter te inqt
p̄pheta mortificamur tota die. et
apl̄s Scitis hec.R.p.ac fratres in
xp̄o p̄cipui et idoneis testibꝰ sapiē/
ter credidistis. Testibꝰ inquā q̄ nec
fallere vellent.quippe p̄ sua asserti/
one nihil in mundo hoc nisi tormen
ta mortē flagella qꝫ reportantes.
Qui nec preterea falli p̄nt q̄ inspi/
rāte deo locuti sūt.ñ.Petri primo.
Q̄ siquis in hoc cetu venerādo ita
potius esset et indomite ad fidem
ceruicis nondū futurā sāctoꝝ mer/
cedē crederet.Abscedat pc̄oꝛ. Nō
expectet vt illud sibi p̄bandū assu/
mā et ingerā solez cecis oculis.Nā
o deus equissime quid apud illum
ageret mei sermonis exiguitas qui
tot q tantis incassum audit doctissi
moꝝ.sanctissimoꝝqꝫ assertiones.te
stimonia que credibilia facta sunt
nimis.p̄bationes et oracula.qui et
ip̄aꝫ spernit diuinā et celicā xp̄i vo/
cē dicentē.Exultate qm̄ merces ve/
stra copiosa est in celis. Vis igitur
scire o fidelis anima.nam ad talem
m̄ sermo ē.vis scire qꝫcopiosa mer
ces sit in celis.nō ego sed dn̄s ipse
respondeat Gen̄.xv. Ego p̄tector
tuus sū q merces tua magna nimis
O vere magna merces nimis deus
Et tāmagna p̄sus vt nihil magis
posset cogitari .et quicq̄d de mer/
cede sanctoꝝ aliud dixeris pro rei
magnitudine parū est.exiguū ē. in
dignū est Illa quippe est que in se
supeminenter habet staum omniū
bonoꝝ aggregatione p̄fectū et sup
excellenē in se amplectit quicq̄d di/
uitiarū quicq̄d delectationis q̄cq̄d
honoris et gl̄e desiderabile est ani
me rationali et vltra in infinitū au
ctius perfectiusq excellenti⁹. Gran
dis sane excellentia atqꝫ dignitas
creature rationalis. Eam itaqꝫ taz

capacem fecit deus vt nihil minus eo ipsam replere possit. quietare nihil. nihil satiare. Hinc Aug. i. confess. Fecisti nos ad te et inquietū est cor nostrū donec quiescat in te Qua in re canit pheta. Pars mea deus in eternū. Et alibi. Portio mea ꝛc. Iterum. Dñs pars hereditatis mee ꝛc Bona vtiqꝫ pars q magna portio deus. Et cui non sufficit nimis auarus est. nimis auidus q stolidus. Letamini igiť in domino q exultate iusti et gloriamini omnes recti corde quoniā merces vestra copiosa ē in celis. Si pondus laborū vos premit. Si propter iusticiam patimini Si fame siti frigore corpora vestra propter christuz atteruntur. Si ad obediendū deo castigatis corpus vestrū q in seruitutē redigitis. si malesuaues spernitis voluptates. honores vanos calcatis. omnia deniqꝫ vt stercora arbitramini. gaudete quoniā nō sūt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā que reuelabiť in nobis. Sileat querela de labore cū tamcerta spes sit de denarij diurni persolutōne. Nūc fatigati parumqꝫ gemitis. Sed exultate quoniā ꝛc. Sed animi nostri naturam agnosco. singularium enumeratione magis capiť q mouetur. Sibus integer minus sapit. et otrita suauius redolēt aromata. qꝫ obtrem decisior fiat noster sermo de sāctorū mercede. et ex visibilibus ad inuisibilia transeuntes deducamus a posteriori vt possumus q̄nta erit et qꝫ multa sanctorū retributio. Ex his que apud nos hic aguntur videtur qꝫ tanqꝫ aliquo curru vtamur consideratione sensibilium ad ea q̄ sensum latent vtcunqꝫ latent capiēda. Neqꝫ enim in suo fulgore et lumine videri potest a nobis viatoribus et corporea mole pressis sanctorum merces que deus est si nō aliquibus inuolucris et similitudinibus rex corpaliū fiat obumbratio quedā put diuinus dixit pater dionysius. Et inter plurima qm̄ temp⁹ et res exigunt vertam⁹ oculos nre considerationis ad almā hāc vniuersitatem parisp. matrē nr̄az cui⁹ nūc memorata ample dca intueamur diligēter et solerter ea omnia q̄ ibidē fiūt et tractanť. fortassis agnoscemus qꝫ si tm̄ delectať et afficiť animus in bonis minimis. Si tam vehemēti solicitudine tam vario multo qꝫ studio in vmbra et vestigio p modicū veri boni nostri figitur et agglutinať desiderīū. Si veniq; similitudines hui⁹ pulcritudinis sapientie q bonitatis in sui delectationem tā incredibiliter nos incendūt inflāmant et capiūt. magna esse presus et miranda nō ambigam⁹ q̄ de hac sāctoꝝ mercede sperare iubemur et debem⁹. nec inanem cohortationez esse nostri saluatoris. Exultate qm̄ merces vestra ꝛc. Assurgat igiť nostra cōsideratio q quadrupler bonū vel si rectius loqui libet quadrupliciter boni vmbram vestigiū et odorem recogitem⁹ In hac alma vniuersitate matre nostra amari proqueri. In mercede siue pariter et artiū facultate merces est naturaliū rerꝫ cognitio et habitudinis causa

rū ad effect⁹ quo ad bonū quodā honestū et liberale. In medicine facultate merces est sanitatis adeptō restauratio seu cōseruatio quo ad bonū placens et delectabile. In decretoꝝ facultate merces quedā est tranquilla ciuium cohabitatio pax atq; delectatio quo ad bonū cōferens et vtile. Postremo in sacre theologie facultate merces est opositō moꝝ et alta diuinoꝝ otemplatio q̄ ad bonū heroicū et supernaturale. Magnū esse putamus. R.p. et mgri magnū si vel vnā alicq; ex his mercedib⁹ adipisci otingat. Certuz rei hui⁹ faciūt indiciū labor assiduus q̄ iuge studiū. vigilam⁹. lucubram⁹ et cū multa cerebri vertigine et oculorū leſione libros totos euoluimus Exulam⁹ vltro a pria dulci. charos parentes linq̄mus. estuam⁹ algem⁹ sti fame paupie et mille incōmodis afficimur. dura quelibet et aspera perpetimur. Ad quid ista nisi vt vel in vna vel plurib⁹ predictaꝝ facultatū excellētiā meedis quā pollicent assequi valeamus? Et tū obsecro in his oīb⁹ q̄d pfectū. q̄d solidū. q̄d ve satiatiuū. imo si veritas ueri iudicio metiat. quid nō diminutū inane anxiū supuacuū q̄ repies? Dōt attū tanta nos efficacia talis spes ex illis attrahere imo et impellere vt in tot grauibus et molestis studioꝝ laborib⁹ gaudeam⁹ iocundemur et exultemus. Quale hoc et quantū est argumentū o scientifici et pellētes viri de eterna mercede sā/ctoꝝ si sic tgale q̄ momentaneū nos cōdelectat premiū de felicitate patrie. si sic placere pōt exiliū vallis miserie. de veri sūmi q̄ boni sup plena gustatōne si tantū saporis est in ei⁹ tenuissimo odore. Quāobrez oēs q̄ speratis in dño q̄ uersatio in celis est. q̄ sapienti osilio nō facitis de naufrago mari portū. ō via vbi libet obsessa terminū. Nec habetis hic manentē ciuitatē. sed cum ap̄lo futurā inquiritis Exultate q̄m merces vra copiosa est in celis. Q⁹ si diutius in passumpta similitudine vera fari libet. quatin⁹ ex his q̄ anim⁹ nouit surgat ad cognoscenda q̄ nō nouit. et per ea que dilexit amare. discat et inuisibilia diligere. Ostēdamus vt possumus in vniuersitate illa supercelesti que est mater nostra q̄ libera ꝑm ap̄lm pfectissima synceritissima q̄ veritate constare omnia q̄ in hac inferiori vniuersitate tan⁹ q̄ in eius figura quadam et imagine non sine multa impfectionis admixtione continent. Nunquid vniuersitas illa supercelestis grammaticam habet sermonis congruitate elegantia et proprietate venustissimā? Nulla soloecismoꝝ barbarismorū q̄ vitia. nulla barbaries incognita. nulla subinde verboꝝ sententiarūq; ieiuna pauperies. Sedz hāc beatissimi spūs illi angelici q̄ humani quoꝝ celebtas agit. nūc mutuo nūc cū deo cogitatiōes intimas affectiones q̄ loquunt q̄ audiūt. Mutos enim aut surdos eos quis dixerit? Cū audiat ap̄lm q̄ Coꝝ. xiij. Si linguis hominū inquit loquar pa/

riter q angelorꝝ ꝛc. q Isaias refert seraphin clamare Sanctus. sanctꝰ. sanctus dominus deus sabaoth. q talia sunt absqꝫ numero Nec quō fiat ista locutio quia nup q olim diſ seruisse quod sentiebaꝫ memini. nō repeto. Vos igiť qui grammaticā diligitis Exultate quoniaꝫ merces vra multa ꝛc. Ad logicā vero transeamus. Cuius officiū est a falso verū discernere. Sed o veritas quanti apō nos reperiunť fallaciarū laquei. quot falsigraphe et fucate sophismatū tendicule. Atvero in vniuersitate illa celesti et mercede sanctorꝝ abest omis ab eorꝝ logica deceptio. neqꝫ falsum aliquod veri faciem assumit. nuda fulget veritas. et velamine nullo falsitas operitur Siue beati illi vtantur syllogisticis enthymematicis qꝫ discursibꝰ. Seu potiꝰ vt q̄busdā plz vnico recto qꝫ intuitu cognoscāt omnia vel in verbo tanqꝫ specko lucidissimo et exemplari perfectissimo cuiuslibꝫ veritatis. Seu etiam in genere proprio q hoc per verbū productū in anima ad similitudinē verbi diuini. qō in se simplex existens sententiosissimuꝫ est q numerose veritatis expressiuū Qui igiť logicam excolitis Exultate qm̄ merces vestra copiosa est in celis. Vozro in rhetorica btissimas atqꝫ fecundissimas incolas vniuersitatis illius celestis abūdare certissimū est. nō ad abusuꝫ qualis apō nos inuenimur ad mētiēdū facile. ad ridendū mozdaciter. ad fallēdū vafre et nequiter. ad nectendum calumnias insontibꝰ. deniqꝫ ad attollendū contra veritatem mendaciū. ad confundendum fas qꝫ nefasqꝫ. Sꝫ rhetozica talis inibi regnat p quā incessabili voce et ozōne deco/ra iocunda et florida in hymnis o/mnimodis q psalmis dei laudibus occupanť. per quam insup sancti o/mnes tanqꝫ rhetozes peritissimi et patroni aduocati qꝫ disertissimi fidelissimi q placidissimi deflectūt irā iudicis peccatozibus veniaꝫ. iustis gratiam. et gloriā impetrantes No bis igitur peccatozibꝰ quoꝝ causa inquaꝫ perdita est confugere saluberrimū est consiliū ad tales eloquentissimos ozatozes hodie precipue quoniā mltiplicatis intercessoribus deus abundantiaꝫ sue pietatis fauozabilꝰ largieť. Qui igitur rhetozicam colitis exultate quoniā merces vestra copiosaꝰ est in celis. Ceterū si mathematicales sciētias geometriam loquoꝫ aritmeticā musicam et astronomiaꝫ in celis ponimus nō fallimur. nō q̄ tales p oia sit vsus scientiaꝝ huiusmodi apud illos qualis apud nos existit Longe pfectioz est atqꝫ diuinioz. vbi omnia nude conspiciunť facta in numero pondere et mensura. Musicaꝫ p̄ ceteris ita illic exerceri perspicuū est vt non alia videať sapiētissimo Augustino esse beatissimoꝝ illoruꝫ spirituuꝫ occupatio qꝫ vt pleni sint modulis in laude et canore iubilo. vbi vna vox est letantiū q vnus ardoz cozdiū O felix illa ciuitas in q̄ magna solennitas. et in qua iocunda curia q̄ cure prorsus nescia. Nā sicut letantiū omniū habitatio ē in

te. Idcirco beati qui habitāt in do
mo tua dñe in secla seculoꝝ lauda
būt te. et cantabūt canticū nouū in
chozo et tympano cozdis et oꝛga
no. Totus ꝓterea mūd⁹ cōcinet au
ribus beatoꝝ carmen pulcerrimuꝫ
et armoniā numerosam suauēqꝫ re/
sonabit. Ita etiā vt qđ mireris in/
fernales gemit⁹ stridoēs hoꝛridos
et rabidi vlulat⁹ demonioꝝ concur
runt ad integritatē melodie hmōi
dulcisone. ꝺa in inferno tenoꝛ est iu
stitia et in celo mollioꝛ cantus mise
ricoꝛdia. Juxta illud Misericoꝛdiā
et iudiciū cantabo tibi dñe. Quod
ꝓfunde notatū est in hymno pa/
schali. Cū em̄ ꝑmittit auroꝛa lucis
rutilat ꝛc Subinferē ꝓo integritate
carminis gemens infernus vlulat
Ampli⁹ essentialis beatitudo scoꝝ
instar tenoꝛis cuiusdā inenarrabil
ꝑseuerat. Accidentalis vero instar
discantus varīt. Nunc intensioꝛ ac/
cresit alter⁹ nūc remissioꝛ depꝛessi
us sonat. Qua in re nihil esse dicit
deuotus Bern̄. ꝙ magis statū glo
rie celestis repꝛētet qꝫ alacritas de
um laudantiū ei qꝫ iubilantiū ꝙ ex/
ultantiū hilaritas. Hilaritatē intel/
lige nō petulantē. effrenā dissolutā
et nescio quo lenocinio notulaꝝ. la/
sciuā et eiusdē repetitione fastidio/
sam. quali ꝓstrepūt magnatū tēpla
dom⁹ siue duiuia. Hec nempe hila/
ritas in se plus libidinose et vesane
dissolutionis qꝫ spiritualis suauita
tis quicquam habet. Ipa vero hi
laritas deuotoꝝ sobꝛia est gra/
uis modesta et miro ineffabili qꝫ dul
coꝛe rapiens animū dilatans et ab
soꝛbens. vt se iā nō capiat in se defi
ciat. fiat qꝫ nescio quis spasm⁹ extа/
sis vel excessus. vt alaudā et philo/
menā videre est cadendo deficere.
Vel tunc exultat animus. i. extra se
saltat ꝓ gestus coꝛpis decoꝛos tñ
et iubilat inenarrabiliter Hūc vero
musicalē succentū non admittit nisi
puritas coꝛdis. verūqꝫ illud. Laus
iocūda decoꝛa qm̄ voci concanoꝛa
puritas est coꝛdiū. Ex his et alīs
que circa facultatē artiū agunt per
que quid agit in celis vtcūqꝫ ognoscim⁹ Colligite p. d. et. f. qꝫ rationa
biliter exhoꝛtat nos rectoꝛ vniuer/
sitatis illius dicens Exultate ꝛc Ob
sequenter obīcit nostre considera/
tioni facultas medicine cuius finis
est sanitas. res omniū que hic optā
tur desideratissima. q̄nqꝫ innumera
biles sint moꝛboꝝ species q̄b⁹ me/
deri ars humana nō sufficit. Satis
qꝫ ad hanc rem ꝓbationis affert
ipsum senium quod vlla nequit ar
te restaurari. Quid aūt in celis vbi
nec languoꝛ nec seniuꝫ. non moꝛs.
non estus febrium. sed perpetuo vi
goꝛe iuuentutis q̄ttuoꝛ dotes coꝛ/
pus ipsum oꝛnant perficiunt conso
lidant. vt sit ꝑfulgidū. agile. peruiū
pulcruꝫ. impassibile. Exultate ergo
quibus cura est sanitatis quoniaꝫ
merces vestra copiosa est in celis.
Sed est foꝛtasse quispiaꝫ cui regno
rum q̄ ꝓncipatuū placeret regimē
leges decretaqꝫ cognoscere. cogni
tas ad ciuiū pacem et amoꝛem diri
gere. et ꝓ has coercere flagicioſos
q̄ ꝓmḿs iustos allicere. oꝛmiter
egregīj poete qđ ꝓo singulari lau

de romanis attribuit parcere subie ctis ⁊ debellare superbos. eneid. vi Oz o quot anxietatibus ⁊ plerūq; frustra in his laboratur! q; sepenu mero pro pace discordia. pro vnita te lites atq; dissidia. pro requie de/ mū inquietudo acerbissima subori/ unt. vel ob onerosam multitudinez legū ⁊ inuolutā canonū pplexitatē! Aut q̄t subuertunt iudicū animos. spes met⁹ meroz gaudiuz! Aut ma xime quia puersi difficile corrigunt et stultoz infinitus est numer⁹. Hic certe stultoz vt glorient cū malefe cerint et exultēt in rebus pessimis. Qualiter exultāt si me interrogas! quia profecto extra naturā suaz et in beluinā brutalitatē sese deiciunt et omnis exultatio talis maligna ē Ja. iiij. Sed o vere beata ciuitas il la celestis vniuersitatis vbi rex vn⁹ deus est. vnica lex charitas. et hec pace eterna colligat suos ciues ⁊ o/ pulentissima pascit in requie. obedi tur q; prophetice monitioni. filie sy on exultent in rege suo. Exultate et vos quoniam mer. vest. cop. ⁊c. Ad postremū cōuertamus oculos mē/ tis ad diuinā illam sacram q; theo logie facultatē per quā bonū hero icum et diuinū cōtemplando adipi sci satagim⁹. ⁊ sane sic adipiscimur dū verboz̄um doctrinā operib⁹ cō pleamus. Tunc enim exultabim⁹ id est extra nos in celum ⁊ deum salta bimus et leuabim⁹ nos supra nos ad instar solitarij. Et hic obsecro et obtestoz vos p hodiernā q̄ magna ē celebritatē et p illuz q̄ ait Beati q̄ audiūt verbū dei. ⁊ cus. il. Et rurs⁹. Qui ex deo est verba dei audit q̄tin⁹ sus tineatis me modicū adhuc i sermo ne meo. Nunc enim ad altioza p fundioza q; hodierni euangelij my steria pergē disposui. ⁊ nisi me mea fallit estimatio libenē audietis dū/ mus itaq; theologus et doctoz nr̄ Jesus christus. in doctrina sua sub limissima et a communi hominū sa pientia alienissima in euāgelio ho/ dierne celebritatis septem saltus e/ docuit sub numero septē beatitudi nū. per quos itur in celum et copio sa merces apprehendit. nunc in spe scz et pregustatione quadam spiri/ tus. tandē in re et plena perfectaq; fruitione. Hec sūt testimonia domi ni de quibus pheta. hereditate ad quisiui testimonia ⁊c. Hec est mysti/ ca iacob scala vbi beat⁹ ille vir cui⁹ est auxiliuz abs te nūc ascensiones i corde suo disposuit ⁊ vadit de vir tute in virtutē donec videat deū de oz̄ū in syon. Et quamuis vnicus in genere sit salt⁹ quez Augl. posuit a/ morem dei vsq; contemptuz sui. fiē econtra amor sui vsq; ad otemptū dei mergit in infernū. nihilomin⁹ se/ ptuplex hic grad⁹ aut saltus in spe cie numerat quibus exultant id est extra se saltant. ⁊ saliūt sancti in glo riā celestia mercedis. et p eos dedu cit dñs populū suū in exultatōe. do minus ille qui ascendit iter pandēs ante eos. q̄ exultauit vt gigas ad currendā viā a sum. ce. egres. eius ⁊c Primus saltus est a rebus istis sen/ sibilibus et diuitijs mundanis abs/ tractio dū ipa ponit se ipaz super res istas temporales in altioraq; sur

